

esse truncum, seu stipitem, vt constat ex text. in cap. ad fidem, & in cu. parentale 31. q. 1.

10 Ad computandum autem consanguinitatis gradus tres regulas constituit Thom. Sanch. d. lib. 7. disp. 30. num. 4. cum segg. apud ipsum videnda: & num. 7. ponit

11 differentiam computationis gradum inter ius Canonicum & Civile, nempe quod licet vtrumque ius cõcorder in computatione graduum in linea recta, at tamen discordant in computatione graduum in linea transuersa, vt ibi per eum: at computatio graduum iuris Canonici seruanda est quoad matrimonium, quia circa hæc ius Civile disponere non potest: sed quoad successiones seruanda est computatio graduum iuris Ciuilibus, l. 3. tit. 6. p. 4. D. Couar. in 4. despons. salu. parte cap. 6. §. 6. num. 8. vbi addit sic seruandum esse tam in foro seculari, quam Ecclesiastico, sed in aliis contrahibus, actionibusque cæteris similibus, quamlibet computationem in proprio foro seruandam esse refert, & sequitur alios plures idem tenentes allegans Sanch. vbi supra numero 8.

12 Sed pro clariori intelligentia supradictorum, & vt quilibet hic habeat notitiam eorum, & opus non sit recurrere ad dicta DD. in hac materia referam litteram d. l. 3. titulo 6. partita 3. que est huiusmodi: Grados de parentesco se cuentan en dos maneras: la vna es segun fuero de los legos: la otra segun los establecimientos de Sancta Iglesia, & aquella que es segun fuero secular, se dice civil. Grado es manera de personas de partidas: que se ayuntan por parentesco, por la qual manera de departamiento se demuestran en quanto grado se allegada la vna persona de la otra: afirmando toda via la raxon de ouieron comienzo: & segun el fuero de los legos: los hijos desta al. que es llamado raxon fazen el segundo grado, quer sean dos, o mas, e los nietos del faxen el quarto grado: e los viz nietos fazen el sexto, e segun a esto pueden contar o delante. E la otra manera que es segun a los establecimientos de Sancta Iglesia se dice civil. Grado es conueniente manera, & guisa de personas ayunçadas por parentesco, que deciendo equitatem e de una raxon por se partidas lineas, E segun a los establecimientos de Sancta Iglesia, los hijos de este tal, que es dicho raxon fazen el primero o grado como quer se an en las lineas de partidas. E los nietos del faxen el segundo grado, e los viz nietos, el tercero, e los trasnietos el quarto, e así adelante. E la raxon por que ouenta el fuero secular los grados del parentesco de vna raxon de otra la Iglesia es esta, porque el fuero secular ouenta tan solamente en que manera deuen heredar los vnos a los otros quando mueren, e non faxen testamento, e la Iglesia es esto en que manera deuen casar. Pero estos dos de partamientos, que son entre los grados de estos fueros, ban lugar en las personas que descenden por las lineas de trasesso, e non en las que suben, o descenden de derecho, ca en estas, amos los fueros acuerdan.

13 Matrimonium in primo gradu consanguinitatis linea recta, scilicet inter parentes, & filios est ipso iure naturæ irritum ac nullum, ita tenent vniuersi DD. Theologi, & iuris vtriusque Professores, est que verissima, & receptissima sententia, & quamuis D. Thom. in quarto distinctione 40. questione vnic. articulo 3. in corpore nec plerique ex antiquioribus declarent, id matrimonium iure naturæ esse irritum, sed tantum affirmant esse contra ius naturæ: rationes autem, quibus ad id probandum vtuntur, insinuant eorum mentem esse iure naturæ irritari, & in terminis id tenent dicentes nulla humana potestatis dispensari posse, vt id matrimonium valide contrahatur, Caiet. 2. 2. questione 154. articulo 9. circa solutionem ad tertium, Loazes de matrim. Regis Anglia. dubio 2. in solutione ad secundum fundamentum. part. negatiua. num. 3. Dominicus à Soto in 4. Sen. dist. 40. quest. vnic. articulo tertio. conuisione 2. & Palacios ibidem dist. 1. conuisione 2. & Palacios ibidem dist. 1. conuisione 2. & Palacios ibidem dist. 1. conuisione 2. & Palacios ibidem dist. 1. conuisione 2. & Palacios ibidem dist. 1. conuisione 2.

93. puntos. §. 2. conuenit, vterque Ledesma, Vialdus, & alij, quos refert & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 7. de matrim. q. 31. num. 7. vbi eam late probat: & numer. 8. quod non tantum in statu naturæ corruptæ hoc est verum, imo si natura integra petmaneret, Adam non peccante, idem dicendum esset.

An autem contrahi matrimonium inter parentes & filios, ita malum sit, vt in nullo casu citra specialem Dei dispensationem hoc liceat, veluti si soli filius, & mater, aut pater & filia in mundo superessent, discrepant DD. quibusdam affirmantibus ad hunc non licere in præd. euentu matrimonium contrahi, vt sunt Caiet. Ledesma. Loazes, Ludou. Lop. alij vero & pluribus contrarium tenentibus, nempe tunc id licere, hocque est verius, vt inquit eos refert Thom. Sanch. vbi supra numero 10.

Sic enim D. Chrylost. Homil. 44. in Genes. & D. 15 Ambros. lib. 1. de Abr. c. 6. excusant filias Lot à culpa, dum cum patre concubere, existimabant enim, nullum virum superesse, qui generationi defuerit, posset, Genes. 19. ibi: Pateroster senex est, & nullus virorū remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem vniuersa terra, vni mebrum cum vno dormiamusque cum eo, vt seruate possimus ex parte nostro semen, &c. vbi litera, A. additur, Theodoretus dicens, quod si ebrietas habet omnino culpa vacet, ea tamen quæ que possit excusari ex ratione de qua ibi postea dicit, ipsa vero filia accusari nullo modo possunt: nam cum vidissent quatuor vrbes cum omnibus villis igne deletas, libueram Segor, facile crediderunt, genus humanum esse peritum: & Irenæus, ipsa filia excusabiles sunt, arbitantes, se lites relictas cum patre ad conseruationem generis humani.

Prohibitio autem hæc & impedimentum dirimens matrimonium inter ascendentes, & descendentes protrahitur ad quemcuque gradum in infinitum. Adamus si hodie resurgeret nullam uxorem ducere posset, quia communis vniuersi generis humani parens est, ita tenent glossa in expositione arboris consanguinitatis, vers. quero an inter ascendentes 31. quest. 5. glossa etiam in l. nuptia. verbo ad infinitum. ff. de ritu nupt. in §. ergo. verbo in infinitum, & ibi Angel. numero 2. in §. de nupt. Hostien. in summo titulo de consanguin. numero 9. iuncto numero 17. questione 9. Abb. in cap. non debet. numero 8. de consang. & affin. & ibi Cardin. paulo post princip. Præpos. numero 10. Enric. numero 1. Alex. de Neuo ibi, in §. prohibemus. numero 7. & Lambertin. de iure patron. lib. 2. parte 1. questione 9. art. 18. numero 10. D. Couar. in 4. de sponsal. secunda parte. cap. 6. §. 10. numero 4. Montalu. in l. 4. paulo post princip. titulo 6. partita 4. & ibi Gregor. Lopez. verbo nunca. Matienzo in Rubrica tituli 1. glossa 1. numero 176. lib. 5. noua collecti. Reg. Marc. Anton. Cuch. lib. 5. Insti. maior. titulo 12. numero 72. & titulo 13. numero 3. & 6. alios allegantes huius opinionis, & plurimos congerit Thom. Sanchez d. lib. 7. dist. 31. questione 51. numero duodecimo, vbi quod Sotus, Durand. & alij explicant hanc prohibitionem esse de iure nature, vbi numero 13. probabilis esse affirmat ad aliquem gradum eam prohibitionem terminari, & numero 15. cum sequentibus refert quinque sententias diuersas circa, an ad quartum gradum protrahatur iure naturali attentio; quarum vltimæ tamque probabiliori ipse adhaeret, que habet in solo primo gradu ascendenti, & descendenti esse ita interdictum matrimonium iure naturæ, vt irritum sit eo iure attentio, vt inter solos parentes, & liberos, ibique refert plures Auctores huius sententia, ego vero iure saltem Ecclesiastico, quidquid sit de iure naturæ censeo vsque ad quartum gradum protendi hoc impedimentum dirimens, cap. non debet de consang. & affin. & ita tenent alij plures quos ibi refert Sanchez numero 17.

170. cuius text. restrictio (que antea erat vsque ad septimum gradum, vt constat ex ipsomet. text. & ex cap. ad fidem 1. questione 3. & ex cap. nullum 31. questione 3. cum similit.) intelligenda est. non solum in linea collateralium, sed transuersa, sed etiam in recta descendenti, & ascendenti, vt probauit idem Sanch. d. lib. 7. dist. 31. num. 1.

171 Duobus tamen consanguineis inæqualiter distantibus à stipite, si alter distet ultra quartum gradum, alter vero intra illum, possunt inuicem matrimonio copulari, iuxta text. expressum in cap. fin. de consang. & affin. tunc namque attenditur gradus consanguinitatis penes distantiam remotioris à stipite, ita vt quarto gradu remotior distat à stipite eodem consanguineo illi distent inter se, vt bene probauit idem Sanchez d. lib. 7. dist. 31. numero 6. & dist. 31. numero 4.

172 Habitari tamen contingit circa decisionem d. cap. fin. an ea procedat, quando alter eorum distat à stipite in primo gradu, verbi gratia, abnepos. vulgo, dicto el quarto nieto, distat à quarto auo, quinto consanguinitatis gradu, poterit matrimonium contrahere cum filia illius quarti aui, que ab eo auo distat in primo gradu? & quidam id negant, quia perinde est, ac contrahere cum ipso stipite, cum filia stipitis sit cum ipso vna caro: ita tenent Ioan. Faber in §. inter eos, in §. de nupt. numero vnic. Hostienis in summo titulo de consang. §. vsque ad quartum gradum, numero 11. vers. sed nunquid in quinto, & in cap. quod distat, numero primo & in cap. tua, numero 2. de consang. & affin. Ioan. de Tiburg. in summa confess. lib. 4. titulo 6. questione 7. Cæterum hæc opinio est contra decisionem d. cap. fin. indistincte loquentis, ac proinde merito prædictæ opinionem communiter DD. improbant. asserentes posse inter illos consistere matrimonium, quæ ultra quartum consanguinitatis gradum sunt inter se coniuncti, & ita reprobant contrariam opin. Ioan. Andr. numero 2. in d. cap. fin. & ibi Anton. de Butrio numero 4. & in cap. vna eodem titulo, in fin. de consang. & affin. Anchar. in d. cap. tua numero 3. Præpos. in d. cap. fin. in fin. D. Couar. alios allegans in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 6. §. 6. in fin. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 9. numero 2. in fin. Toledo lib. 7. sua summa, cap. 3. numero 5. eoque communissima sententia secundum Thom. Sanch. d. lib. 7. dist. 31. numero 5. in fin. vbi alios eam sequentes citat.

173 Leuitic. cap. 18. interdicitur quidam gradus consanguinitatis, & alij affinitatis: quidam Auctores in ea sunt sententia, vt omnes gradus Leuit. 18. expressi obligent in lege noua, ac proinde in illis fuerit prohibitum iure ipso naturæ matrimonium, vnde iuxta hanc sententiam erit prohibitum iure naturæ primus gradus consanguinitatis in linea transuersa æquali, vt inter fratres, & sorores, & secundus in eadem linea transuersa inæquali, vt inter nepotem, & amitam, vel materteram, quorum Auctorum nomina, & fundamenta ad longum refert Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. dist. 31. numero 5. sed numero 6. affirmat, verissimam sententiam habere non omnes illos gradus consanguinitatis, vel affinitatis Leuit. 18. prohibitos, esse de iure naturali irritante matrimonium in illis celebratum: atque ideo non obligare omnes illos in l. Evangelica; idque probat quinque potissimè fundamentis, quorum præcipuum est Concil. Trid. sess. 24. de matrim. Canon 3. vbi ita decernitur: Si quis dixerit. eos tantum consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contrahendum: nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, vt plures impediant, & dirimant; anathema sit: refertque

quamplurimos alios Auctores huius sententiæ Theologos, & Iurisperitos, & num. 1. hoc declarat.

illa tamen questio in proposito satis controuersa est, an esto omnes gradus in linea transuersa consanguinitatis prohibiti Leuit. 18. non sint de iure naturali, saltem sit aliquis gradus in ea linea. qui ita iure naturæ interdicit matrimonium, vt illud irritet? in qua tres opiniones diuersas cum suis fundamentis, & Auctoribus refert Sanchez vbi supra numero 9. cum sequentibus: primam, quæ habet in linea inæquali paternam transuersam prohiberi iure naturæ matrimonium in infinitum; secundam vt in nullo gradu lineæ transuersæ consanguinitatis sit ita iure naturæ matrimonium interdictum, vt eodem iure attentio sit irritum, ac proinde attentio solo iure naturæ validum esse matrimonium inter fratres, & sorores Teretiã sententia, cui tanquam probabiliori adhaeret Sanch. vbi supra, habet in solo primo gradu lineæ transuersæ, vt inter fratres, & sorores esse interdictum ac irritum iure naturæ matrimonium, quam tenent Soto, Couar. & alij quamplurimi Auctores, quos ibi congerit, deducens primo numero 12. ex hæc sententia infidèles matrimonio coniunctos in primo gradu consanguinitatis lineæ transuersæ, vt sunt fratres, separandos esse dum ad fidem conuertuntur, & numero 13. ex gradibus consanguinitatis prohibitis Leuit. 18. solos esse de lege naturæ irritante matrimonium, & obligare nunc, seculæ lege Ecclesiastica, primum in linea recta, nempe inter parentes, & filios, & primum in linea transuersa, nimirum inter fratres, & sorores.

CAPITVLVM XCIII.

De impedimento affinitatis.

SVM MARIVM.

- 1 Affinitas quid sit, & eius definitio.
- 2 Affinitas ex qua copula contrahatur?
- 3 Affinitas est personarum proximitas ex nuptia procedens secundum leges.
- 4 Affinitas durat post mortem eius, qui affinitatis causa fuit.
- 5 Affinitas proprie gradus non habet, sed mensuratur gradum inter affines iuxta gradus consanguinitatis.
- 6 Coniuges non sunt inter se affines, sed primum affinitatis.
- 7 Affinitas an oriatur ex matrimonio rato non consummato, vel potius impedimentum publicæ honestatis?
- 8 Consanguineus mariti nullam affinitatem contrahit cum consanguineis vxoris, vt in exemplis hic positis.
- 9 Affinitas ex matrimonio contrahens an iure naturæ dirimat matrimonium, in aliquo gradu linea rectæ inter ascendentes, & descendentes?
- 10 Et quid in linea transuersa, numero 10.
- 11 Papa an possit dispensare, vt quis possit ducere duas sorores successiue in vxores? affirmatur.
- 12 Affinitas iure antiquo, & moderno vsque ad quem gradum extendatur?
- 13 Affinitas ex copula illicita contracta hodie per S. Concil. Tridentinum non progreditur ultra primum, & secundum gradum.
- 14 Et an in vterioribus gradibus impediatur matrimonium contrahi? numero 13.
- 15 Affinitas ex matrimonio orta impedit, & dirimit matrimonium intra quartum gradum.
- 16 Copula inter consanguineos, vel affines habita post obtentam dispensationem à Papa, an sit incestuosa vel non?
- 17 Copula habita inter consanguineos, vel affines non impedit executionem debita propria vxore, vel vxore.

**A**ffinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proveniens omni carens parentela, ita D. Thom. communiter ab omnibus receptus, in 4. distinctione 41. questione vno. articulo primo, quasiuncula tertia. argumento secundo, glossa in a. b. de affinitate 35. quest. 3. Gregor. Lopez in l. 5. in glossa, per allegancia de personas. titulo 6. par. 4. dicitur propinquitas. quia in hoc conuenit cum cognatione carnali, ex carnali copula proveniens, in quo ab illa distinguitur, & dicitur generaliter ex copula, quia ex ea oritur: omni carens parentela intelligitur per se, & ex parte affinitatis. Cui per accidens est, vt aliquando affinitas, & consanguinitas in eodem reperiuntur, vt docent Sanctus Thom. vbi supra, & reliqui.

Qualis autem debeat esse copula ad inducendam affinitatem, declarat late Thom. Sanch. lib. 7. de matrimonio, disputatione 64. numero 7. cum sequentibus sed quia hac feda, & inhonesta sunt valde atque pene absque aliquo fructu hic non referam.

At secundum II. affinitas est personarum proximitas, ex nuptiis proveniens. & iure nostro Lopez per d. l. 3. titulo 6. par. 4. & per Gregor. Lopez ibi ita diffinitur.

Duratque affinitas post mortem eius qui affinitatis contrahenda causa fuit, sicut & consanguinitas, vnde mortuo alterutro coniuge, vel alterutro ex fornicantibus non dissolvitur affinitas producta ex copula: text. in cap. Eratervatus 35. questione 10. cuius decisionis rationem assignat D. Thom. vbi supra, quasiuncula secunda in corpore.

Affinitas autem proprie gradus non habet, sed mensurantur gradus inter affines iuxta gradus consanguinitatis: sicque persona addita persone per carnis copulam mutat genus, & non gradum, iuxta glossa in cap. non debet, verbo in secundo de consang. & affinitate, quod recte explicat Thom. Sanch. lib. 7. de matrimonio, disputatione 64. numero 3. vbi numero 4. agit de duplici stipite, & linea affinitatis.

Vira autem, & vxor non sunt inter se affines, sed principium affinitatis, vt proculdubio cum aliis pluribus docet D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte cap. 6. §. 7. numero 7. sequitur Gregor. Lopez in l. 5. in glossa, del varon, & esse manifestum profiteretur Sanchez ibidem numero 5. addens ex affinitate non oriri aliam affinitatem, vt latius dixit ipse disputatione 67. numero 2.

Dubium tamen est in proposito scitu dignum: nempe, an ex matrimonio rato, non consummato oriatur affinitas, an potius sola publica honestas, & quamuis non desint probantes ex præd. matrimonio rato oriri affinitatem, prout eos refert Sanchez vbi supra d. disputatione 64. numero 24. nihilominus verius est, quod quamuis dici possit oriri affinitatem improprie, & large, siue quoddam affinitatis initium: attamen vere, & in rigore non oritur affinitas ex matrimonio rato tantum, & non consummato: sed hoc impedimentum vere, & proprie est publicæ honestatis, & non affinitatis, quia deficit copula, ex qua affinitas contrahitur, vt patet ex eius definitione supra adducta: & quia hoc impedimentum publicæ honestatis appellatur in cap. fin. 35. quest. 3. & in terminis ita tenet glossa in cap. si quis desponsauerit, in fine 27. quest. 2. Abb. in cap. iuuenis, num. 4. in cap. sponsam, numero 2. de sponsal. & alij quamplurimi Auctores, ex quorum numero constat hanc esse receptissimam sententiam quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. d. p. 64. num. 25. & probatur expresse in d. l. Regia, tit. 6. par. 4. ibi, ca. maguer algunos fuesen desposados, o casados non pasciera cunadex de ellos, a menos de se ayune ar carnalmente, l. 4. in verfic. 2. tit. 1. par. 4. & in verfic. mas del vno, & c. eundem leg.

Quod hodie approbatur in Bulla Sanctissimi N. Pij Papæ V. circa declarationem Decreti sancti Concilii Tridentini, super impedimento, publice edita anno incarnationis Domini 1568. Kalend. Iulij, ibi: Vel etiam matrimonia per verba de presenti contracta, non tamen consummata, &c.

Obseruandum tamen est in proposito, quod consanguinei mariti nullam affinitatem contrahunt cum consanguineis vxoris, vnde pater, & filius possunt contrahere matrimonium cum matre & filia, & duo cognati cum duabus cognatas, auunculus, & nepos cum duabus sororibus, vt decidit expresse text. in cap. super his 3. de consang. & affinit. & ibi communiter DD. Couar. in 4. de sponsal. 2. part. cap. 6. §. 7. numero 6. & Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio disputatione 67. num. 2.

Deinde an affinitas ex matrimonio confurgens dirimat iure nature matrimonium in aliquo gradu linea recte inter ascendentes, & descendentes? latissime agit Thom. Sanch. lib. 7. de matrimonio, disputatione 66. num. 5. cum sequentibus, & refert in hoc tres opiniones diuersas: prima docet in ea linea prohiberi iure nature matrimonium in quocunque gradu in infinitum secundum Ioan. Andr. & alios plures DD. quos ibi refert d. numero 5.

Secunda sententia habet in primo gradu affinitatis linea recte prohibendum atque irritum esse matrimonium iure nature, vt inter priuignum & nouercam, vel priuignam, & vitricum, socerum, & nurum, socrum, & generum, quam ibi late fuadat, numero 6. & est sententia B. Thom. in illud 1. Corinth. 5. Omnino audite inter vos fornicatio: lectus. Soti in 4. sentent. dist. 41. quest. vno. artic. 3. col. anepenu. Nauar. lib. 4. consil. in 2. editione, tit. de sponsal. consil. 14. numero 18. ad fin. D. Couar. in 4. de sponsal. 2. part. cap. 6. §. 10. num. 6. quam etiam tenent alij quam plures Theologi, & Iuristi, quos congerit ibidem Sanch. d. num. 6. cum suis fundamentis.

Tertia sententia (cui tanquam probabiliori accedit Sanchez num. 7.) affirmat, affinitatem ex matrimonio irritam in nullo gradu linea recte ita prohiberi iure nature matrimonium, vt illud irritum reddat, ac proinde scelso iure Ecclesiastico in quocunque gradu esse validum, vt ibi late eam probat allegans plures Auctores eam tenentes: iure tamen Ecclesiastico non dubium est matrimonium huiusmodi esse nullum ratione præd. affinitatis, sicut etiam ratione consanguinitatis, ex cap. non debet de consang. & affinit. vt cap. præced. etiam adnotauimus.

Idem probat Sanch. vbi supra, numero 11. in lines 10 transuersa, nempe in ea nullum gradum affinitatis prohibendum esse iure nature, vt eo attentio irritet matrimonium, quamuis aliquam præferat naturalem indecentiam, nisi causa aliqua iusta cohonestetur: refertque plures DD. hanc sententiam tenentes, nec non Summos aliquos Pontifices in hoc recte dispensasse, ac proinde multi alij viri doctissimi varios tractatus ediderunt in huius veritatis confirmationem, & in fauorem matrimonij Regis Angliæ Henrici VIII. cum Catharina. qui ob id irritum esse contendebat, nec potuisset Pontificem dispensare, quod ea prius nupsisset fratri ipsius Henrici, quos viros doctissimos ibi refert, & sequitur hanc sententiam, quam certissimam appellat, nempe potuisset Papam dispensare cum prædicto Rege, eamque quoque probat affirmans posse Papam dispensare in linea transuersa, affinitatis, de qua agimus.

Iure antiquo interdictum erat, atque irritum matrimonium cum alterutro coniugis consanguineis sicut cum propriis vsque ad septimum gradum: itaque vsque ad illum extendebatur affinitas, vt constat

ex cap. nullum, & cap. aequaliter 35. questione 3. hodie autem iuris ex causis restricta est affinitas ad quartum gradum, sicut consanguinitas, per text. in cap. non debet de consang. & affinit. & quamuis nec olim nec hodie in dictis iuris mentio fiat de affinitate ex copula illicita, sed de orta ex coniugali: at cum ex iure Canonico constet, de copula illicita oriri affinitatem, sicut explicita, c. discretionem de eo, qui cognouit, consang. v. sue, merito omnes DD. consuetudine sic explicante, metiuntur gradus affinitas ex copula illicita iuxta gradum ortæ ex licita, & vtramque ad eundem gradum extendunt attentio iure antiquo: quod etiam supponit ita fuisse Sacrosancti Concilii Tridentini, §. 24. de matrim. cap. 4. dum affinitatem ortam ex fornicatione restringit ad secundum gradum, ita tenet & affirmat Thomas Sanch. d. lib. 7. de matrim. disputatione 67. numero 3.

Quamuis olim attentio iure communi affinitas ex copula illicita protendebatur vsque ad quartum gradum, sicut ea quæ provenit ex matrimonio, vt prædiximus: hodie tamen per Sacrosancti Concilii Tridentini, sessum, 24. de matrim. cap. 4. restricta est affinitas ex fornicatione confurgens ad secundum gradum; in vterioribus vero gradibus ita ut huiusmodi affinitatem ex illicita copula matrimonij postea contractum non dirimere.

Contigit autem in præd. dubitari circa hoc Decretum in verfic. in vterioribus vero gradibus, &c. ibi: matrimonium postea contractum non dirimere ante Motum proprium Pij V. editi super hoc Anno 1566. an affinitas ex fornicatione vltra secundum gradum impediret? Concilium namque Trident. in verbis illis non dirimere, non dicit nec impedire, sed tantum non dirimere, & facilius quid impeditur à principio, quam ex post facto tollitur, iuxta regulam iuris vulgarem: l. Pare furiosus, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. tur. & ideo hanc partem probauit Nauar. in Manuali Latin. antiquo, cap. 22. numero 43. ego uero contrarium defendi: imo quod nec impediat nec dirimat, & ita fuit iudiciali sententia pronuciatum: & postea præd. Motus proprius Pij V. declar. his verbis: Declaramus, & autoritate Apostolica decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quominus in vterioribus gradibus huiusmodi libere, & licite matrimonium contrahi possit: & ita Nauar. postea viso d. Motu proprio mutauit sententiam in noua editione, & hanc veram, & approbatam per Pium V. adduximus lib. 1. Canonice, questionum, cap. 12. num. 2. & Gregor. XIII. ex sententia Congregationis idem decreuit, vt refert Farinat. in declarationibus Concilii Tridentini super d. cap. 4. & per illud me sequitur alios allegans Thom. Sanchez d. lib. 7. de matrimonio, disputatione 67. numero 4. vbi quod idem Pius V. declarauit, quod nec affinitas contracta ex fornicatione ante Concilii Tridentini, vltique ad quartum gradum durat postea, sed similiter restricta est ad secundum.

Affinitas autem ex matrimonio orta, non est restricta per Concilii Tridentini sed etiam hodie dirimit matrimonium vsque ad quartum gradum, ita tenent, & probant quamplurimi Auctores, quos refert, & sequitur dicens esse rem certissimam Thom. Sanchez vbi supra numero quinto, per totum.

Sed an attentio d. Decreti Concilii Tridentini in vterioribus gradibus, præter primum, & secundum ex copula illicita incestus punibilis committatur, late egimus d. lib. primo, Canon. questionum, cap. 23. numero 3. vbi partem negatiuam probauimus, quam etiam post nos allegans alios probauit, & sequitur Sanch. vbi supra numero 7. & numero 8. qui numero 9. agit.

An copula inter consanguineos vel affines ad-

missa postquam obtinuerunt dispensationem Apostolicam ad contrahendum matrimonium, sit incestuosa, vel non? distinguit, vt ante dispensationem Ordinarij, cui Pontifex commisit, vt si preces veritate nitantur, dispenseret, accessus ille proculdubio erit incestus, secus vero de copula intercedente post dispensationem factam, & expeditam ob Ordinationem, quod probat.

Ex quibus deducitur, & infertur, copulam habitam cum consanguineis alterius coniugis vltra primum & secundum gradum, pura in tertio, vel quarto, minime hodie impedire debiti exactionem: à propria vxore, eaque petere, & exigere poterit absque dispensatione, vt late probauimus d. lib. 1. Can. q. c. 23. numero 21. & post nos cum alijs, eandem sequitur, & dicit esse multo probabiliorum Thom. Sanch. alios plures allegans vbi supra, n. 14. & tandem inquit, quod Congregatio Cardinalium hoc declarauit his verbis: Congregatio Concilij censuit, Decretum Tridentini, sess. 24. de matrim. cap. 4. ad primum, & secundum gradum restringens impedimentum inductum propter affinitatem ex fornicatione contractam: censeri etiam ad eisdem gradibus restrictum se impedimentum exigendi debitum ab vxore, quod inducitur ex affinitate proveniente ex illicita copula à viro cum consanguinea suæ vxoris post matrimonium habita, & nouissime hanc partem probat, & tenet cum alijs, quos citat Fr. Basilius de impedim. matrim. cap. 38. §. primo, versiculo, sed questionem, folio 164. in versiculo verum multi: dicens hoc esse probabilius.

CAPITVLVM C.  
 De impedimento cognationis spiritualis.  
 SYMMARIVM.

- Cognatio spiritualis, que ex baptismo nascitur, inter quas personis contrahatur iuxta Sanctum Concilium Tridentinum.
- Cognatio spiritualis ex Baptismo, & Confirmatione orta non est ex iure diuino naturalis, aut ex diuino positivo, sed ex solo Ecclesiastico, & numero quarto.
- Cognatio spiritualis ex Baptismo, & Confirmatione orta impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum.
- Cognatio spiritualis superueniens non dirimit matrimonium præcedens, peccat tamen coniux patris in ea specie.
- Coniux scienter ex necessitate baptizans vel tenens tantquam patris in Baptismo, vel Confirmatione filium commune aut alterius coniugis, an prouetur ex hoc iure exigendi debitum.
- Cognationis spiritualis impedimentum an contrahatur in baptismo priuato?
- Cognatio spiritualis in baptismo an contrahatur inter plures personas tenentes primum in baptismo, vltra que deservuntur in Sacro Concilio Tridentino.
- Cognatio aliqua spiritualis an oriatur ex reuerentione solemniter priuati baptisimi valde collati?
- Cognatio spiritualis an oriatur ex baptismo conditionaliter facta?
- Læici in necessitate baptizans an contrahat cognationem spiritualem?
- Pater qui in necessitate filium suum ex concubina baptizat, non potest eam ducere in vxorem.
- Cognationis spiritualis species inter susceptum de sacro fonte baptisimatis, & filium filiamque susceptis est sublatam Decreto Concilii Tridentini, cap. 2. sessio 24.

Acrosandum Concilium Tridentinum sessione 24. de matrimonio cap. 2. ostendit inter quas personas contrahatur cognatio spiritualis, quae ex baptismo nascitur.

Circa cuius materiam obseruandum est, quod cognatio spiritualis ex Baptismo, & Confirmatione orta, non est ex iure Ecclesiastico, secundum D. Thomam, sed ex solo Ecclesiastico, secundum D. Thomam, ab omnibus receptum in quarto Sententiarum distinctione 22. questione 1. articulo 1. in corpore, ubi iuncto articulo secundo, ad primum, reddit rationem, & probat late Thom. Sanchez lib. 7. de matrimon. disputatione 54. num. 2.

Iure igitur optimo Ecclesia instituit, ut cognatio spiritualis ex duplici hoc sacramento orta impediat & dirimat subsequens matrimonium, quod cauetur in cap. 1. de cognat. spir. in 6. & in cap. veniens, & in alijs eodem titulo in Decretalibus, & rationem assignat Suarez in tertia parte, questione 67. de Baptismo, articulo 8. in Commentario pagina mibi 298. versiculo ultimo.

Vnde fieri nequit, ut iure naturali, aut Diuino positio, is effectus sibi competat, ita testatur D. Thom. dista distinctione 42. questione 1. articulo 1. in corpore, & estque ab vniuersis receptum secundum D. Couarr. in quarto de sponsal. 2. parte, cap. 6. §. 4. numero 1. & Sanchez, ubi supra, num. 3. ad fin.

Cognatio autem spiritualis superueniens matrimonio, ut quia alter coniux extra necessitatem fuit patrinus alterius in confirmatione, aut leuauit de sacro fonte filium alterius aut communem, non dirimit matrimonium praecedens, nec ex hoc dissoluitur, peccat tamen coniux patrinus in praed. specie, quia id est prohibitum in cap. primo, & secundo 30. questione 1. quae iura corriguntur, quoad separationis penam per tex. in cap. si vir de cognatione spirituali, ut bene probat Thom. Sanchez, lib. 9. de matrim. disputatione 26. numero 5, & in super priuatur saltem iure petendi debitum, vt tenet Suarez ubi supra, pagina 299. in versiculo, idem impedimentum.

An autem coniux ex necessitate scienter baptizans, aut tenens tanquam patrinus in Baptismo, vel Confirmatione filium communem, aut alterius coniugis priuatur ex hoc iure exigendi debitum? sit in hoc duae opin. probabiles, prima negatiua. quam tenet glof. in de cap. si vir, verbo debitum, & ibi Anchar: Praepos. & Cardin. in fin. & alij plures, quos refert Sanchez, dicto libro nono, disputatione 26. numero sexto.

Secunda sententia, siue opinio habet contrarium, nempe cum coniugem teneri debitum reddere, priuari tamen potestare illud exigendi ex ratione tex. in d. cap. si vir de cognat. spiritali, ibi. si ex malitia eius sua fraus patrociniari non debet, & ibi notat Abb. numero 5. & communiter ceteri DD. glof. in ca. noffe 30. questione 1. verb. non fraudentur, D. Thomas in quarto, distinctione 42. questione 1. articulo primo, in corpore, & ibi communiter Theologi. congerit plurimos vtriusque scholae Auctores eam sequentes & probabiliores affirmans Thomas Sanchez d. lib. 9. disputatione 26. numero 6. per totum, ubi in fine inquit idem dicendum esse si scienter teneat coniux tanquam verus patrinus alium coniugem in baptismo, vel confirmatione, quia cum cognationem spirituales in sua culpa cum illo contrahat, interdicitur sibi debiti petito, secundum Enriquez libr. 5. de confirmatione, cap. 3. in fin. & Viuald. in Candelab. Sacrament. prima parte de Confirmatione, num. 46.

Hanc etiam secundam sententiam principalem communem affirmat Suarez ubi supra, in versiculo, tamen vero dubium, ibi, tandem haec est communis sententia Doctorum, pagina 299. in versiculo, quocirca libere fatetur, pagina 300. ubi licet fateatur nullum se

inuenire in iure sufficiens fundamentum ad hoc impedimentum, tamen quod in re morali communem sententiam deserere difficile est: ego autem & veriorum, probabiliorum, & receptissimam ac proinde proculdubio tenendam censeo hanc secundam sententiam, Idemque dicendum erit, quando coniux non solum ex certa scientia, sed etiam ex malitia, atque in matrimonij fraude baptizatur, aut tenet communem filium, aut alterius coniugis, vt cum alijs pluribus Authoribus bene probat Sanchez ubi supra, numero 8. ubi numero 9. & sequentibus agit de alijs in materia opportunis.

Impedimentum autem hoc cognationis spiritualis stando iuri antiquo contrahitur etiam in priuato baptismo, ne dum in solemnibus; communis sententia affirmat, vt patet ex D. Thom. Paludan. & alijs dist. distinctione 42. Nauarr. in Manual. cap. 16. numero 34. & cap. 22. numero 40. & Couarr. in quarto Decret. cap. 6. §. 4. numero 4. iura namque antiqua generaliter loquuntur de susceptore non distinguendo inter baptismum solemne, & priuatum, vnde infert Nauarr. idem esse seruandum nunc, quia Concil. Tridentin. nihil in hoc innouauit, & addit dist. cap. 22. numero 39. quod si in eo casu nulli designentur in patrinus, omnes, qui tangunt baptismum, contrahunt impedimentum, etiam si sint plures, quam duo, vel tres, quia Concil. Tridentin. folium restringit hunc numerum ad susceptores designatos, eandem affirmatiuam opinionem veriorum esse affirmat nouissime Fr. Basil. de Impediment. matrimon. cap. 34. §. 4. folio 311. versiculo secundo, nempe spirituale cognationem oriri etiam ex baptismo priuato, hoc est sine solemnitate vlla ministrato.

Nihilominus tamen contrariam sententiam tenet Dominie, a Soto in quarto distinctione 42. questione 1. articulo 3. circa fin. quam latissime comprobat Pater Suarez ubi supra in versiculo, vltimo dubitari potest, pagina 300. col. 1. ad fin. cum sequentibus, & tandem fateatur verum etiam esse post Concilium Tridentin. posse hanc cognationem contrahi in priuato baptismo, quia Concilium nihil in hoc innouat, quod iure antiquo sit contrarium: non tamen probat Suarez ibi, quod Nauarr. dicitur (de quo sup) tuos posse plures, quam vnum, vel ad summum duos spirituales hanc cognationem contrahere, quia est aperte contra limitationem factam a Concilio Tridentino. vnde etiam falsum existimat ibi Suar. dicere, si nullus ibi sit specialiter designatus in susceptorem, omnes, qui tangunt puerum seu tenent baptizatum, contrahere hoc impedimentum, quosque illi sint, sed potius in eo casu dicat neminem contrahere, quia Concilium simpliciter voluit vt non possent esse plures susceptores, quam duo, vir scilicet, & foemina, & ad hoc voluit, vt qui futurus esset susceptor, esset specialiter designatus, & ideo, qui designatus non est, iam non est susceptor, & consequenter nec contrahit impedimentum, alioqui non vitarentur incommoda, quae Concilium curare intendit, si possent esse susceptores ad hoc munus non designati, aut plures, quam designati: haec omnia in baptismo solemnibus locum habent, & a fortiori in priuato, & quod haec fere omnia applicari possunt ad susceptorem in sacramento Confirmationis, nam in omnibus est eadem ratio, his tantum exceptis, quae ad baptismum priuatum pertinent.

Eandem opinionem Suarez contra Nauarr. modo relatum dicit probabiliores, eamque sequitur cum alijs, quos citat Thomas Sanchez d. lib. 7. disputatione 37. numero 12. fateatur tamen opinionem Nauarr. non esse falsam, sed probabilem, &

numero 11. allegat alios eam tenentes, ego in hoc opinionem Suarez, & Sanchez, teneo contra Nauarr. ubi supra. Eam autem communem sententiam, nempe quod tenens puerum in baptismo priuato contrahat cognationem spirituales tam attento iure communi, quam Concil. Trident. ubi supra censet probabiliores allegans aliquos Auctores eam sequentes Thom. Sanchez lib. 7. de matrimonio disputatione 33. numero 13. licet numero 14. affirmet probabiliores esse eam non contrahi a susceptore, dicens in hanc sententiam inclinare Sotum, & quod eam tenent Gallego de cognatione spirituali, titulo 2. numero 5, & Suarez ubi supra, Manual primo tom. sua Summa, secunda editione, cap. 226. numero 2. conclusionem 2. Veg. primo tom. sua Summa, cap. 33. casu ultimo ad fin. sed vt vides ex litera Suarez supra a nobis fideliter relata, potius tenet contrarium cum communis tam ante Concil. Trident. quam post, nempe vt praed. cognationem spirituales contrahat tenens puerum in baptismo priuato, hoc est non solemniter ministrato, quae opinio verior, & tenenda mihi videtur aduersus secundam negatiuam, & praeterca censeo, quod nullus alius, quam susceptor in baptismo ita specialiter designatus contrahat praedictam cognationem spirituales ex Decreto expresse eiusdem Concil. Trident. de matrimonio, sessione 24. cap. 2. per totum, & praecipue in illis verbis: Quod si alij ultra designatos baptizatum tegerint: cognationem spirituales nullo pacto contrahant. Adde Suarez ubi supra in versiculo, nihilominus tamen, pagina 300. columna 2. quod quamuis in baptismo priuato ceremonia susceptoris necessaria non sit, si tamen vere ac proprie voluntarie adhibeatur, & tenens velit autus hoc suscipere, probabile est, quod communis opinio dicit tunc contrahi cognationem spirituales, quia tunc vera est susceptor, de quo iura loquuntur. Sed contrarium videtur sibi in hoc idem Auctor inferius, dum reprobat Nauarr. opinionem, de qua supra in versiculo nihilominus tamen, ibi, non tamen probat, &c. quate necesse est, vt aut teneamus in hoc vnam vel alteram opinionem Suarez ex praed. duabus, & ideo merito Thomas Sanchez ubi supra, numero 15. inquit verius esse etiam tunc minime contrahere cognationem spirituales, qui in baptismo priuato, quamuis in eo ceremonia susceptoris necessaria non sit, at si vere, & proprie adhibeatur, & tenens velit munus susceptoris obire, eo quod non sit in potestate tenentis situm, hanc cognationem contrahere, nisi petita ab Ecclesia seruentur & munus susceptoris non obitur proprie, nisi quando baptismus est solemniss.

Quid autem erit, quando plures duobus patrini designantur, aut duo viri, aut foemina contra ordinem praescriptum a Sacro Concil. Trident. agit bene de hoc Thomas Sanchez ubi supra, dispu. 37. num. 13. cum sequentibus, ubi etiam alias quaestiones in proposito opportunas examinat.

Dubium tamen est, an in praed. specie ex iteratione solemnibus baptismi priuati valide collati oriatur cognatio aliqua spiritualis? & quamuis non desint, qui partem affirmatiuam teneant, nempe ex hac iteratione oriri cognationem spirituales perfectam dirimentem subsequens matrimonium, qui sunt Dominicus consil. 33. numero 4. & 6. Probus in addit. ad Monach. in cap. primo, de cognatione spir. in 6. numero 2. & 3. & inquit Mandof. de signatura gratia, titulo dispensationes matrimoniales, §. magna fuit: in Concilio Rotae magna fuit laborata questio circa hanc rem, quibusdam affirmantibus hanc partem, inter quos erat Felin. qui tunc erat Rotae Auditor, Nihilomi-

nus contrarium fuit conclusum in Concilio Rotae, secundum Mandof. ubi supra ex solemnibus illa iteratione nullam prorsus cognationem oriri siue in rebaptizante, siue in patrinis, & hanc sequuntur communiter Summistae, & eos aliosque referens Thomas Sanchez d. disputatione 62. numero 5. vbi quodabsque dubio ita tenendum est.

Hinc deducens numero 6. & 7. quod ex baptismo iterato sub conditione, eo quod de prioris baptismi veritate dubitatur postquam confitentur: priorum fuisse validum, non oriri cognationem, sed dum id non constat, praesumit Ecclesia cognationem secundum Sotum, & Bartholom. a Ledesin. quod intelligit, & bene Sanch. ad Ledesin. quod intelligit, nam si sint variae opiniones probabiles inter viros doctos, quarum altera neget prioris baptismi valorem, altera autem affirmet, poterit tunc conscientia quispiam vtram harum eligere, & tenendo baptismum non fuisse validum, dicit consequenter probabile esse eo non oriri cognationem, sed ex iteratione: contrarium vero dicit, si eam opinionem amplectatur, quae suffinet priorem fuisse validum.

Latus autem in necessitate baptizans quidquid alij dicant, contrahit cognationem perfectam spirituales sequens matrimonium dirimentem cum baptizato, eiusque parentibus, quia omnia iura id volunt, & solum excipitur in cap. ad limina 30. questione 1. quando coniux filium alterius coniugis in necessitate baptizat, & hoc quoad vsum matrimonij iam contracti, ne scilicet per illum actum praediatur debiti petitioni, quae ratio non aequae procedit in matrimonio contrahendo, ita tenent Hostiens. in summa titulo de cognatione spir. §. Et an aliquis numero 8. Abb. in cap. fin. numero vltimo, eodem titulo, & alios allegans D. Couarr. in 4. de sponsal. 2. parte, cap. 6. §. 4. numero 4. Gregor. Lopez in 4. prima, verbo Clergo, titulo 7. par. 4. Marieng. in Rubrica gloss. numero 170. titulo 1. lib. 5. noua collect. Reg. & alij quam plurimi Auctores, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez ubi supra, numero 10. idem probans in foemina baptizante in extrema necessitate, estque & receptissima, & tenenda praedict. sententia, & numero 11. alios allegans.

Quod patet, qui in necessitate filium suum concubinae baptizat, non potest eam ducere in uxorem.

Alij plures in hac materia cognationis spiritualis examinat, & late pertrahit Thomas Sanchez d. lib. 7. de matrimonio & disputatione 54. cum sequentibus, apud ipsum videnda, cum ibi sint contexta: superiora tamen diximus, quia sunt potiora, & nominatim circa literam Concil. Trident. de matrim. sess. 24. cap. 2. supra relata, & eiusque declarationem. Addeit Sanchez d. disputatione 54. aliquas quaestiones, & Motus proprios Pij V. alias declarationes refert Prosper Farinat. volum. 4. decisio, & declar. Concil. Trident. fin. per eodem cap. 2. folio mibi 09. & prius decis. 236. folio 25. ubi quod Congregat. Concilij censuit, speciem cognationis spiritualis inter susceptum de sacro fonte Baptismatis, & filium, filiamve suscipientis esse sublatam Decreto Concilij cap. 2. sess. 24.

CAPP.

CAPITVLVM CI.

De impedimento consuetudinis ad matrimonium contrahendum, vel dirimendum.

SVM MARIVM.

- 1. Consuetudo vim habet inducendi impedimentum dirimens matrimonium, & numeris sequentibus.
- 2. Consuetudo inducere non potest, vt inobstantes iure Canonico ad contrahendum matrimonium, habiles sint, & numeris sequentibus, precipue num. 7.
- 3. Consuetudo nullo scandalo aduincta non habet vim dissoluedi matrimonium.
- 4. Consuetudo a Summo Pontifice approbata potest inducere impedimentum matrimonium contrahendum dirimens.
- 5. Consuetudo ad tempus impediens matrimonium, & ad tempus separans valet, vt hic.
- 6. Consuetudo an possit noua impedimenta matrimonij inducere, & id dirimens.
- 7. Ratio differentie, quare consuetudo possit noua impedimenta matrimonij inducere, non vero inducenda iure Canonico tollere.
- 8. Cap. quod super in fin. de consang. ex vna parte, & cap. 1. & cap. super eo de cognat. spirit. ex altera intellectu, & concordia.

Consuetudo vim habet inducendi impedimentum dirimens matrimonium, vt probat text. in cap. super eo in fin. de cognat. spirit. in l. 1. cap. 1. eodem tit. ibi, nisi consuetudo Ecclesie qua scandalum generet, aliter se habere noscatur.

Per contrarium autem nulla consuetudine induci potest, vt iure Canonico inhabiles ad contrahendum matrim. habiles efficiantur, probat text. in cap. quod super in fine de consang. & affin. & in d. cap. super eo in l. 1. in parte de cognat. spirit. Si igitur consuetudo habet vim inducendi impedimentum dirimens, vt in prioribus iuribus, cur eadem virtute carebit impedimentum dirimens iure Canonico inductum aucterendi, vt in iuribus secundo loco citatis? certe magnam repugnantiam inter se habere videntur hec iura, vnde nimirum quod DD. nostri varie ea interpretentur, & declarent.

Duplex igitur questio declaranda oriri videtur ex decisione predicti iurium. Prima, an consuetudo vim habeat, vt possit noua impedimenta matrimonij dirimens statuere? Secunda de eiusdem consuetudinis potentia ad impedimenta iuris Canonici abroganda? quibus discussis, & resolutis apparebit de vera intelligentia, & ratione dictorum iurium.

In primis separemus certa ab incertis. Primo conuenit inter DD. consuetudinem quocunque scandalo adiutam, nullam vim habere ad dissoluedum matrim. semel legitime celebratum: quia est vinculum iuris naturalis, & diuini, & propter scandalum a veritate iuris diuini recedendum non est, cap. 2. de oper. non nunciat. & in regula, qui scandalizauerit, de reg. iur. in 6. sic in cap. fin. de spons. duo. deciditur non esse standum consuetudini, vt iure prioris matrimonio rato persistatur in posteriori consummato: & in terminis hanc certam conclusionem, & conuenientiam inter omnes docuit gloss. in cap. 1. de cognat. spirit. verbo nisi consuetudo, Abb. & alij, quos refert & sequitur Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 4. num. 2.

Secundo, concordant DD. posse consuetudine a Summo Pontifice approbata iudici impedimenta matrimonium postea contractum dirimens, atque iure Canonico statuta auferri: ita Hostiens. in d. cap. fin. num. 1. de spons. duo, & in summa de cognat. spirit. §. quis sit effectus num. 6. & alij plures, quos refert & sequitur Sanch. vbi supra, num. 3. vbi quod DD. concordant in hoc.

Tertio, similiter fatentur omnes valere consuetudinem ad tempus impediendum matrimonium, & ad tempus separantem, non eo quod inualidum sit sed in penam, quod aduersus prohibitionem inuitum sit, vt tenent Butr. & communiter DD. in c. 1. & in c. super eo de cognat. spirit. Th. Sanch. vbi supra, 4.

Nunc autem deueniendo ad suprad. duplicem questionem, an consuetudo vim habeat, vt possit noua impedimenta statuere matrimonium dirimens ac eos reddere inhabiles ad matrim. qui iure Canonico attentio habiles erant, DD. maxime discordant, variosque modos interpretandi predicta vtraque iura assignant, atque constituunt, vt patet ex Tho. Sanch. d. lib. 7. disp. 4. n. 6. cum pluribus sequentibus, qui late eos refert cum suis Authoribus: qui tandem num. 11. explicando suam sententiam existimat: consuetudinem legitime prescriptam, ac rationi consonam iuxta dispositionem c. fin. de consuetud. ad legem statuendam, & statutam derogandam, vim habere inducendi nouum impedimentum dirimens ac subinde matrimonium aduersus eam consuetudinem celebratum esse nullum, idque solum consuetudinem posse, absque scandalo, & adminiculo alterius iuris, nec ad eam inducendam desiderari scientiam Pontificis, sed eo ignorante posse talem consuetudinem legitime prescribi, solumque operari effectum, dummodo sit consuetudo mixta clericorum & laicorum, quam sententiam ibi latissime probat, & bene respondens num. 12. fundamentis contrariis. eamque nos quoque sequimur, & veram censemus, & hoc quoad primam suprad. questionem.

Quoad secundam autem questionem, an consuetudo legitime prescripta vim habeat abolendi aliquid impedimentum dirimens efficiendo habiles ad contrahendum inter se matrimonium, qui iure Canonico inhabiles sunt? fere omnes DD. pro constanti affirmant id non posse consuetudinem: quam sententiam probatur glossa in d. cap. quod super, verborum obstante, & alios referens D. Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 6. §. in num. 18. Ant. Cuch. lib. 3. in l. 1. in 12. num. 36. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 1. num. 5. in commento litera A. & alij plures antiqui DD. & moderni, quos refert Thom. Sanch. vbi supra, num. 13. cum suis fundamentis: quamvis hanc opinionem ipse non sequatur, sed potius contrariam numero 14. imo quod consuetudine possit derogari legi Ecclesiasticae statuente impedimentum dirimens inter aliquos matrimonium, ac proinde vt consuetudinis illius posse eos habiles effici ad contrahendum inter se matrimonium: & respondet contrariis fundamentis, & precipue d. cap. quod super, eum simil. & tandem refert suam sententiam fuisse Innocen. & Supplementum Gabriell. in locis de quibus ibi per eum: ego vero adhuc prefatam communem sententiam contrariam sequor, & probo, vt predict. iuribus secundo loco citatis in principio huius questionis probatum.

Ratio autem differentie inter primum, & secundum casum supradictos, quare consuetudo legitime prescripta vim habeat inducendi nouum impedimentum dirimens, non autem abrogandi impedimentum a iure Canonico inductum ad dirimendum matrimonium, ea esse videtur, quia in priori casu prelatam consuetudo non est corruptela, & sic nulla, sed potius iure tolerabilis: si quidem eam permittit ius Canonicum in locis prelatatis: in secundo vero casu secus, vt decidit text. in d. cap. quod super, in fine, ibi: ne autem intra gradus prohibitos matrimonium contrahatur, debes publice inhibere, & prelatum protus Ecclesiastica diffinitione punire, non obstante consuetudine, quare dicenda est potius corruptela: & ibi glossa verbo non obstante

constante consuetudine, in versiculo, sed consuetudo.

9. Tex. vero in c. 1. & in cap. super eo de cognatione spirituali. loquuntur in coniugio filiorum duorum copulatum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, vt licite iure possint matrimonialiter copulari stante consuetudine insuper id permittente, nisi consuetudo Ecclesie, quae scandalum generet aliter se habere noscatur, vt in d. c. 1. in fin. & in d. cap. super eo, versic. ceterum, ibi quod si eiusdem Ecclesie consuetudo (supple, quae scandalum generet, vt in d. c. 1. eiusdem tituli non obseruata) habeat, inter eos non sustinere coniugium fieri, nec factum firmitatis robur habere, tu simili modo in Ecclesia tibi commissa coniugium huiusmodi fieri non permittas, & si quos tales coniunctos inuenieris iuxta earundem Ecclesiarum consuetudinem, ipsos separe ab inuicem non omittas: ita gloss. verbo consuetudo in principio, in cap. super eo.

Obseruo igitur duos esse casus d. c. quod super in fin. de consang. & affin. ex vna parte, & tex. in d. cap. 1. & cap. super eo de cognat. spirit. ex altera: in illo enim deciditur ne intra gradus prohibitos matrimonium contrahatur, non obstante consuetudine contraria, quae dicenda est potius corruptela: in hoc vero, quod filij duorum copulatum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, possunt licite inuicem matrimonialiter copulari stante consuetudine de hoc Ecclesia Metropolitanana, vel aliarum circumpositarum, hoc permittente: secus si contraria sit consuetudo, quae non seruata scandalum generet, prout certe videtur id generata distimilia, igitur hanc esse, & in diuersis casibus loquentia, acideo non possunt dici esse directo inter se contraria nec repugnantia: vnde merito quod consuetudo legitime prescripta vim habeat inducendi nouum impedimentum dirimens, vt in d. c. 1. & cap. super eo de cognat. spirit. non vero abrogandi iure Canonico, iam inductum.

Secundo obseruo, quod licet tex. in cap. primo, & in cap. quod super de cognat. spirituali. loquantur in casu speciali, quo matrimonio junguntur filij duorum copulatum, quibus nullo iure matrimonium prohibetur, id tamen extendendum est ad omnes alios casus, in quibus nullum aliud impedimentum intercedit praeter consuetudinem scandalo comitam, vt si haec obtinerit in quinto consanguinitatis gradu coniunctos, non possint valide matrimonio copulari, siquidem militat eadem ratio, nec praetaxus casus relatus est in d. cap. super eo ad illius decisionem restringendam, fed gratia exempli, ita tenet gloss. ibi verbo consuetudo, & in cap. fin. verbo cognationis de spons. duo, & in cap. cum olim in fin. de cler. coniug. Ant. de Butr. Abb. & alij communiter, quos refert, probat & sequitur Sanch. d. dispensatione 4. versiculo, & quamuis vterque textus.

CAPITVLVM CII.

De impedimento cognationis legalis.

SVM MARIVM.

- 1. Cognatio legalis est effectus adoptionis, ex eaque oritur sicut affinitas ex copula.
- 2. Adoptio quid sit?
- 3. Adoptio duplex perfecta, & imperfecta, vt hic.
- 4. Cognatio legalis triplex, vt hic.
- 5. Cognatio legalis triplex, an impediatur, & dirimat matrimonium?
- 6. Legalis cognatio triplex, an impediatur, & dirimat matrimonium?

Et quid de ea, quae oritur ex linea transversa? numero 7.

8. Cognatio legalis, ad hoc vt obstat matrimonio contrahendo, debent concurrere in ea solemnia iuris.

9. Cognatio legalis superueniens, an impediatur debiti exactionem.

10. Cognatio legalis superueniens sponsalibus de futuro ea dissoluit.

11. Cognatio legalis triplex an obstat matrimonio perpetuo contrahendo, & ad quas personas, & gradus extendatur?

Cognatio legalis est effectus adoptionis, ex eaque oritur, sicut affinitas ex copula.

Adoptio autem, communiter definitur a Iurisperiis, est actus legitimus, per quem sit filius aut nepos, qui non est pene naturam imitans, D. autem Thom. in quarta distinct. 22. questione 3. & communiter Theologi ita eam definiunt: est legitima susceptio extraneae personae in filium, vel nepotem, vel deinceps, vtraque definitio adoptionis in idem coincidit, ita Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 1. num. 1. vbi eam probat.

Et numero 2. quod est duplex adoptio, quaedam est perfecta, per quam adoptatus transit in adoptantis potestatem, illique succedit, & haec dicitur adoptio: altera est imperfecta, per quam adoptatus non transit in potestatem adoptantis, & haec dicitur simplex adoptio, vt probatur in §. adoptio in fin. de adopt. 7. titulo 7. part. 4. & ita ab omnibus traditur: differunt autem in multis, vt ibi per Sanch. d. num. 3. qui num. 3. refert, & congerit conditiones, quae requiruntur, vt licitum sit alicui alicquem adoptare.

Cognatio igitur legalis est triplex. Prima est linea recta inter adoptantem, & adoptatum, ac adoptati descendentes, vt in l. qui etiam, ff. de ritu nupt. 33. in ordine. & in §. erga non omnes, in fin. de nupt. l. 7. titulo 7. part. 4. Secunda est lateralis, seu in linea transversa inter adoptantem, & filios carnales adoptantis, l. per adoptionem 17. in ordin. ff. de ritu nupt. & in §. inter eas, in fin. de nupt. & in d. Regal. septima, & in cap. vnic. de cognat. legal. & in cap. per adoptionem 3. quest. 3. tit. 1. Tercia est per modum cuiusdam legalis affinitatis, ad similitudinem affinitatis naturalis, quae est inter adoptantem, & vxorem adoptati, & contra inter adoptatum, & vxorem adoptantis, vt in l. adoptiuus 14. ff. de ritu nupt. & in l. octaua, titulo septimo, part. 4. tit. 1. ita distinguit D. Thom. in quarto. distinctio 42. questione secunda articulo tertio, in corpore, quem omnes sequuntur (& merito) teste Sanch. vbi supra, numero sexto, & probat Fr. Basilius de impedim. matrim. cap. 25. versic. sunt autem tres species, pag. 315.

Dubium tamen est in proposito, an ex adoptione imperfecta, de qua supra, oriatur haec cognatio legalis matrimonium impediens ac dirimens, an potius ex sola perfecta, quae arrogatio dicitur: in quo duas opiniones refert glossa in cap. vnic. de cognat. legal. verbo quandiu in versic. am posse dici, & c. Primam negatiuam, quod non oriatur: & in articulo alij d. vni secundam affirmatiuam, quod oriatur haec cognatio legalis ex adoptione imperfecta: primam sequuntur, & tenent communiter Theologi, secundam autem affirmatiuam, tenent, & sequuntur communiter Canonistae, vt affirmat Gregor. Lopez in l. septima, gloss. que profjaron, titulo septimo, part. 4. tit. 1. & latius Thom. Sanchez d. dispensatione 63. numero 8. & 9. qui licet affirmet satis probabilem esse, & communissimam hanc affirmatiuam Canonistarum referens plurimos eam tenentes, attamen adhaeret diuicentis, quod contraria affirmatiua innuitur leuissimis fundamentis, quibus respondet inferius num. 10. ad fin. sed insufficienter.

Ego vero sententiam præd. affirmatiuam Canonistarum cenſeo proculdubio uerorem, & receptiorem, & tenendam in iudicando, & conſulendo per text. in cap. ut diligera. cap. per adoptionem 30. q. 3. & ex text. expreſſo in cap. unico de cogn. legal. cuius uerba ſunt hæc: Si qua per adoptionem mihi foror eſſe cepit, quam diu durat adoptio inter me & ipſam, nuptiæ conſiſtere non poſſunt: loquitur enim text. hic expreſſe, indiſtincte, & generaliter in adoptione, cuius natura eſt, ut adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptantis, & nihilominus decidit inter ſuprad. oriſi impedimentum dirimens. Secundo probatur hæc ſententia in indiuiduo, ex l. Regula 7. d. titulo 7. par. 4. ibi, *per eſte parenteſco atal em bargaſi los caſamientos, ea el padre: que por ſia alguna mugero la recibe por nieto por ueniet a. nunca puede con ella caſar.* Loquitur enim expreſſe lex illa in adoptione impropria, per quam adoptata non intrat in poteſtatem adoptantis, ut patet uerſiculo præcedenti, ibi, *la ſegunda es, &c.* nullo igitur pacto hiſ extantibus poteſt contraria opinio negatiua ſuſtineri, cum lex hæc Regia fulcitur iure Canonico, & quo in d. cap. vnic. expreſſe, & nuncupatim approbet noſtram hanc, quam ſequimur, affirmatiuam, ut adnotat Gregor. Lopez *ibidem* eam tenens, & patet ex tota eius litera, præterquam, ipſa eſt communiffima, ut fatetur Sanchez.

Non igitur audeo quis debet contra tam expreſſa iura tenere negatiuam, quæ leuiter eſt fundata, & reſponſiones allignatæ ad fundamenta affirmatiue uolentiam patiuntur: quibus fit ut minime quoque ſint audiendi tenentes oriſi tantum ex adoptione imperſectam impedimentum impediens, non tamen dirimens ſequens matrimonium: & multo minus, qui dicunt neutrum horum oriſi, cum ytrumque uerius, & receptius fit oriſi, ut remanet ſatis probatum. Vtraque ergo adoptio impedit, & dirimit matrimonium, nam ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, non diſtinguimus cum ſimil. ff. de arb. & ita noſtram hanc affirmatiuam ſententiam ſequitur, & probat, & dicit communem contra Thom. Sanchez Fr. Baſilius *ubi ſupra*, columna prima.

Aliud & ſecundum dubium eſt, an omnes præd. tres ſpecies legalis cognationis impediunt, & dirimant matrimonium? de prima ſpecie in linea recta aſcendentium non eſt dubium, ſed potius conuenit inter omnes, quod dirimat ſubſequens matrimonium: de tertia ſpecie, nempe de affinitate legali, licet quidam affirmauerint non obſtare matrimonio contrahendo, non tamen eſt uera eorum ſententia, ſed iure optimo eam reprobat Hoſtienſ. in cap. vnic. de cognat. legal. numero tertio, & ibi communiter DD. nempe Ioan. And. numero 5. Anton. de But. numero 6. Anchar. num. 5. Alexand. de Neuo numero 9. & ceteri omnes DD. tanquam rem exploratam ſtatunt eam cognationem dirimere, teſte Th. Sanch. d. diſputatione 63. numero 13.

De ſecunda ſpecie cognationis legalis in linea tranſuerſa, licet etiam nonnulli teneant, eam matrimonium non dirimere, ſed ſolum impedire, prout ſunt Specul. in titulo de cognat. legal. §. vnic. numero 2. & ibi Ioan. Andr. in addit. uidetur eiſdem ſententia fuiſſe, & eam tenent Præpoſit. in d. cap. vnic. in ſin. ubi dicit communem de cognat. leg. & Gaeta in reſp. cap. ad litteram 30. quaſtione 1. §. 4. quaſtione 157. numero 405. uerius tamen eſt, & magis communiter receptum per huiusmodi cognationem dirimi ſubſequens matrimonium, ut probat text. in d. cap. vnic. dicens, nuptias conſiſtere non poſſe inter filium legitimum, & ſororem adoptiuam, ita tenet gloſſa. in ſum. uerbo quod autem 30. quaſtione 3. & in d. cap. vnic.

in ſin. & ibi communiter DD. D. Couar. in quarto de ſponſal. ſecunda parte, cap. 6. §. 5. numero 2. & 3. Anton. Cuch. lib. 3. Inſtit. maior. titulo 22. numero 28. & alij quamplurimi, quos referet, & ſequitur Thomas Sanchez *ubi ſupra*, numero 15. qui numero 17. reddit rationem. Ex quorum numero conſtat hanc eſſe receptiſſimam ſententiam ac proinde tenendam, præſertim cum ſit probata in d. cap. vnic. & approbata in l. 8. ibi, *è eſte parenteſco, è cumnades, que ſi haze ſegun mandan las leyes non embarga tan ſolamente el caſamiento, mas deſfazelo ſi fuere ficto, & ibi notat expreſſe Gregor. Lopez in gloſſa. mas deſfazelo. contra priorem opinionem ſupra relata.*

Ideo autem hoc impedimentum legalis cognationis vim habet, licet legibus Ciuilibus indudum ſit, quia ſunt præd. II. Ciuiles iure Canonico approbata, ut conſtat ex text. in d. cap. ut diligere 30. quaſt. 3. & in cap. per adoptionem eadem cauſa & quaſt. 3. cum ſimil. de cognat. legal. per que iura ita tenet D. Thomas in quarto. diſtinctione 42. quaſtione 8. articulo 2. in corpore, & ad quartum; & ibi D. Bonauer. art. 2. q. 2. Palud. quaſt. 1. art. 2. conclud. 7. numero 25. Abb. in Regula de cogn. legal. v. vnic. Gregor. Lop. in l. 7. uerbo por que ut. 7. par. 4. Dominic. à Soto in 2. diſtinct. 42. q. 2. art. 1. colum. 2. uerſic. de adoptione, & art. 2. in ſin. & alij plures, quos congerit, & ſequitur Thomas Sanch. diſputatione 63. num. 17.

Ad hoc autem quod cognatio hæc legalis obſtet matrimonio, oportet in adoptione faciendâ ſeruati formam legibus præſcriptam: ea namque non ſeruata, ſed priuatim coram uicinis aut aliis honeſtis perſonis non interueniente iogitratu corrueret actus, ac proinde nullum matrimonium impedimentum produceret: ita Hoſtienſ. in cap. vnic. numero 1. de cogn. legal. & ibi communiter DD. Greg. Lopez in d. l. 7. uerbo, *ſi carnis ut. 7. par. 4.* in qua l. Regia forma ſeruanda in arrogatione, & adoptione præſignitur, ex qua illa inducit prædictum impedimentum: ergo præd. forma non ſeruata, deſicit actus, & ſic non oriſur ex eo præd. impedimentum, quam etiam ſententiam alios allegans ſequitur Sanchez *ubi ſupra*, num. 18.

Vbi num. 19. agit, an hæc cognatio legalis ſuperueniens matrimonio jam contracto, impediât debiti petitionem reſpectu coniugis, qui eam contraxit, & inclinât in partem negatiuam cum Petro de Ledefm, contra doctrinam generalem Sylueſtri.

Si autem cognatio hæc legalis ſuperueniat ſponſalibus præcedentibus de futuro, diſſoluentur præd. ſponſalia: ita tenent Ioan. And. Hoſtienſ. Anton. de But. Anchar. Card. in c. ueniens, de cognat. ſp. & alij, quos referet & ſequitur Sanch. *ubi ſupra*, num. 20.

An autem triplex cognationis legalis ſpecies ſuprad. perpetuo obſtet matrimonio contrahendo, & ad quas perſonas, & gradus extendatur, ne longius calamus protrahamus, cum ſit materia parum practicabilis, uidentur eſt omnino id late explicans Thomas Sanchez diſt. libro ſeptimo de matrim. diſt. 63. numero 24. cum ſequentibus uisus in ſin. & F. Baſil. diſt. cap. 25.

CAPITVLVM CIII.

De impedimento iuſtitia publicæ honeſtatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum tollitur per Sanctum Concil. Trident. ubi ſponſalia quacunque ratione ualida non ſunt.
- 2 Iuſtitia publicæ honeſtatis deſinitio.

3. Iuſti-

- 4 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum iure antiquo durabat uisus ad quartum gradum.
- 5 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum non oriſur ex ſponſalibus irritis.
- 6 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum ubi ſponſalia ualida ſunt, hodie non excedit primum gradum.

Et an id procedat tam in iuſtitia recta quam in tranſuerſali? ubi num. 6.

7 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum an hodie ardeat in ſacro Concil. Trident. procedat tantum in ſponſalibus de futuro intra primum gradum, uel obſtet etiam in matrimonio.

8 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum an hodie procedat in hiſ, qui ſecundo gradu erant coniuncti ante Concil. Trident.

9 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum an hodie ardeat in ſacro Concil. Trident. procedat in ſponſalibus de præſenti contra alius non ſeruata forma Concil. Trident.

10 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum non oriſur, quando factis denunciationsibus iuxta formam Concilij non appareret aliquid impedimentum.

11 Sponſalia ſi communis conſenſu diſſoluantur, ſunt nulla, ac prout de ea non oriſur iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum.

12 Sponſalia contracta ab impuberibus, quando inducant impedimentum iuſtitia publicæ honeſtatis, uel non.

13 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum, an oriſur ex ſponſalibus in quibus deſicit inter conſenſum uel adſuit aliud impedimentum occultum uel hic.

14 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum in quem ſenſum ſit perpetuum.

15 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum an oriſur ex nixu ad copulam, abſque matrimony ſide præſumpta?

16 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum non dirimit matrimonium præcedens.

17 Matrimonium contractum poſt ſponſalia de futuro cum alia, ex quibus oriſur ſunt impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitia, eſt irritum, & qui illud contraxit, tenetur ducere priorem ſponſam de futuro, niſi in caſu de quo hic.

18 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum non oriſur ex ſponſalibus contractis cum incerta perſona, ut hic.

Et quid in ſponſalibus conditionalibus ante aduentum conditionis? num. 19.

19 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum an oriſur ex ſponſalibus cum Maria ſub conditione contractis, ſi poſtea contrahat ſponſalia iura cum eiuſ ſorore? & numeris ſequentibus.

20 Penitere non licet a contrahibus conditionalibus ante conditionis euentum.

21 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum an oriſur ex matrimonio rato abſoluto non conſummato?

22 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum an hodie oriſur in matrimonio irrito, dum tamen nou ſit ex deſectu conſenſus.

23 Affinitatis impedimentum non oriſur ex matrimonio rato non conſummato, remanens tamen impedimentum ulterius gradus.

24 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum ex matrimonio irritato conſurgens non eſt reſtrictum per Concilium Trident. ad primum gradum, ſed durat uisus ad quartum.

25 Iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum an oriſur in matrimonio ſub conditione celebrato.

Acroſandum Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 3. ſic deſinit: iuſtitia publicæ honeſtatis impedimentum, ubi ſponſalia quacunque ratione ualida non erunt, Sancta Synodus proliſus tollit, ubi autem ualida fuerint, primum gradum non excedant: quoniam in ueterioribus gradibus jam non poteſt huiusmodi prohibito abſque diſpendio obſeruari.

Hoc autem impedimentum iuſtitia publicæ honeſtatis eſt propinquitas ex ſponſalibus proueniens robur trahens ab Eccleſia inſtitutione propter honeſtatem eius; ita D. Thom. in quarto Sententiarum diſtinctione 41. quaſtione uic. articulo 1. quaſtione uicula 4. in corpore, quem omnes ſequuntur ſecundum Th. Sanch. lib. 7. de matrim. diſtinctione 68. numero primo, ubi eam probat ſigillatim, & numeris ſequentibus plurima in propoſito huius impedimenti addicit, explicat, & declarat apud eum uidentur, necnon Fr. Baſil. de impedim. matrim. cap. 12. cum ſuis §. pag. 219. cum ſequentibus: ipſe uero præcipua tantum, & in praxi frequentiora atque utiliora afferam, & proponam.

Iure antiquo hoc impedimentum iuſtitia publicæ honeſtatis durabat uisus ad quartum gradum, unde contrahens ſponſalia de futuro, non poterat cum conſanguinea alterius ſponſi uſq; ad quartum gradum matrimonium ualide iure, licet iura Canonica de hoc agentia gradum non explicauerint, ſed indiſtincte loquuntur de conſanguineis, prout ſunt, in c. inter alios de ſponſ. impub. c. ueniens, c. ad audientiam, c. ſponſam de ſponſ. claris in c. uenit, de ſponſ. in 6. cum enim conſanguinitas ad quartum gradum extendatur, intelligenda ſunt præzata iura de conſanguineis intra quartum gradum: ita tenet D. Th. *ubi ſupra*. & communiter omnes Theologi, & Iuriſconſulti antiqui, & moderni, quos referet, & ſequitur Sanch. *ubi ſupra*, numero 8. ubi num. 9. hoc ampliatum cum aliis contra Franciſc. Verceil. ut procedat etiam in ſponſalibus irritis.

Non tamen oriſur hoc impedimentum cum affinitate alterius ſponſi, ut recte contra Ioan. Monach. docent Ioan. Andr. Franc. Dominic. & alij, quos referet & ſequitur Sanch. *ubi ſupra*, numero 3. qui num. 4. recte etiam probat oriſi hoc impedimentum cum conſanguineis etiam illegitimis alterius ſponſi.

Hodie autem hoc corrigitur per Decret. Concilij Trid. ſupra relatum, quoad duo: primo quoad ſponſalia, quacunque ratione irrita: ex quibus ibi deciditur nullum proliſus oriſi impedimentum, ſecundo quoad gradum, ad quem extenditur hoc impedimentum, quando ſponſalia ualida fuerint, ut primum gradum minime excedant, & cum Concilium in hoc diſtincte loquatur, intelligendum uidetur, tam in linea recta, quam in tranſuerſali: ita Petrus de Ledefm. Manuel Rodriguez, & Vega, quos referet, & ſequitur Sanch. *ubi ſupra*, numero 10.

Nunc uero pro declaratione d. Decreti Concilij operæ prætiū duxi, & que poſtea à Summis Pontificibus, & congregatione Illuſtriſſi. Cardinali. ſtatuta ſunt hic addere, ut melius, & exactius hæc materia intelligatur.

Ex primo bonæ memoriæ Pius V. Pontifex maximus ſuo Motu proprio ann. 1568. Kalend. Iulij declarauit hoc Decretum in ſponſalibus de futuro tantum loqui & procedere, nam in matrimonio de præſenti durat adhuc impedimentum in omnibus illis caſibus, & gradibus, quibus de iure ueteri ante hoc Decretum introductum erat, cuius Motus proprii in propoſito meminit Farinat. parte 4. declaration. Concil. Trid. ſuper Decret. de reformat. matrim. cap. 3. in principio pag. mlti 70. col. 1.

Secundo, quod facultate huius Decreti gaudent, etiam illi, qui ante Concilium contraxerunt in ſecundo B b ij cundo

tenet glof. in d. cap. vnic. verbo publice de sponsal. in 8. & ibi Ioan. And. numero 5. Dominicus in sine princip. Abb. in cap. sponsa. numero 2. de sponsal. & ibi Alex. de Neuo, numero 7. & Præpos. in fin. Dominicus à Soto in 4. distinctione 41. questione vnic. articulo 2. columna 2. versic. secunda conclusio in fin. Toledo lib. 7. sua summa. cap. 10. numero 5. & Manuel Rodrig. in primotom. sua summa. secunda editio. cap. 234. numero 1. Sanch. vbi supra. num. 20.

9 Tertio inquit Farinat. vbi supra, quod præsupposita declaratione huius Decreti per constitutionem sanctæ memoriæ Pij V. censuit Congreg. oriri impedimentum iustitiæ publicæ honestatis ex sponsalibus per verba de presenti, & nulliter contractis omiſſa forma Concil. Trident. cap. 11. huius session.

10 Quarto, quod etiam Congregatio censuit ex sponsalibus contractis, si factis denunciationibus non apparebit aliquod impedimentum, non oriri impedimentum publicæ honestatis.

11 Quinto, similiter Congregatio censuit, quod si sponsalia soluantur de communi consensu, sint invalida, vt refert Farinat. vbi supra, super illis verbis: Quæcunque ratione valida non erunt; ex qua declaratione Congregationis, si ipsa ita se habet, sustinetur opinio Emanuel Saa in sum. verbo matrimonio, vbi de impedimentis dirimentibus agit numero 12. tenet contrarij hoc impedimentum ex sponsalibus de futuro, nisi soluta fuerint communi vtriusque coniugis consensu, quamuis Thomas Sanchez vbi supra numero 12. ignorat d. declarationis, improbare nitatur d. opinionem Emanuel Saa,

12 Deinde obseruandum est, quod quando impedimentum dirimens matrimonium est tale, vt in ea ætate, in qua contrahuntur sponsalia, explorari nequeat per experientiam, ea non reddere irrita; erunt vera, & legitima ac proinde producant impedimentum publicæ honestatis, vt si puer in tenera ætate, re vera frigidus aut maleficiatus sponsalia contrahat, impedimentum namque illud adhuc non erit, in actu impediendi, cum in ea ætate puer frigidus, & non frigidus quantum ad generationis actum sit, æque impotens: ita tenet Sanct. Thomas in quarto Sentent. disputatio 41. questione vnic. articulo 1. questionum 4. ad tertium, & ibi Dominicus à Soto, questione vnic. articulo 2. columna penult. versic. aliud vero, Syluest. verbo matrimonium 8. quest. 14. dicto 1. Ludouico Lopez secunda parte Inſtructor. de matrimo. cap. 50. col. 1. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra. num. 12.

13 An autem quando sponsalia sunt valida de iure, eo quod nullum juris impedimentum intercedat, sed solum sint irrita ex defectu consensus interni, vel alterius cuiuscunque impedimenti occulti, vt ex voto castitatis, religionis, vel non nubendi inter non confurgat, ex illis hoc impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, & sic circa intellectum cap. vnic. de sponsalib. lib. 6. agit latissime Thom. Sanch. vbi supra. numero 13. cum sequentibus, & numero 18. agit, quid quando parentes pro filijs presentibus, & tacentibus ac doli capacibus sponsalia contrahunt, vt oriatur tunc hoc impedimentum publicæ honestatis, licet ipsi pueri interius dissentiant: & numero 19. quid quando filij erant absentes, vel si presentes erant minores septennio, & nondum doli capaces.

13 Præterea hoc impedimentum iustitiæ publicæ honestatis in hunc sensum est perpetuum, non quod extendatur ad alium gradum, quam prohibitum, sed ita, vt nec morte alterius sponsi extingatur, vt

tenet glof. in d. cap. vnic. verbo publice de sponsal. in 8. & ibi Ioan. And. numero 5. Dominicus in sine princip. Abb. in cap. sponsa. numero 2. de sponsal. & ibi Alex. de Neuo, numero 7. & Præpos. in fin. Dominicus à Soto in 4. distinctione 41. questione vnic. articulo 2. columna 2. versic. secunda conclusio in fin. Toledo lib. 7. sua summa. cap. 10. numero 5. & Manuel Rodrig. in primotom. sua summa. secunda editio. cap. 234. numero 1. Sanch. vbi supra. num. 20.

Nec sufficit solus conatus ad copulam absque præuia matrimonij fide, ad hoc vt oriatur impedimentum hoc publicæ honestatis, vt contra Archid. in d. cap. vnic. numero 10. in fin. de sponsal. in 6. probant, ibi Ioan. Andr. numero 3. Anchar. ad fin. Dominicus in principio numero 12. Alexand. de Neuo in cap. iuuentu. numero 20. de sponsal. quos sequitur Sanchez vbi supra. d. disputatio 68. numero 22. d. lib. 7. de matrimonio; vbi addit bene oriri hoc casu quando infantes sponsalia irrita detrahit ætatis interint, & post consensu priorum sponsalium, & quando iam legitimam ætatem ad ea ratificanda assecuti sunt, nisi fuerint ad copulam, nam tunc oritur non ratione, nixus ad copulam, sed quia est tacita ratificatio priorum sponsal. cap. vnic. de sponsal. impub. lib. 6. & pet. inde est ac si tunc sponsalia contraherent; & ideo tunc oritur ex illis publicæ honestatis impedimentum.

Demum obseruandum est, quod licet ex sponsalibus puris, & certis (dum modo non sint nulla ex defectu consensus) oriatur efficax impedimentum ad impediendum, & dirimendum sequentia sponsalia, vel matrimonia, non autem ad præcedentia, dissoluendum impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, vt in cap. vnic. de sponsal. in 6. vbi glof. verbo derogatur tam reddit rationem, quia posteriora sponsalia prorsus irrita sunt ratione publicæ honestatis iustitiæ ex prioribus inducitur, ac proinde ex posterioribus non potest honestas prioribus derogans confurgere, quod hodie apertum est iam esse attentio Decreto Concil. Trid. d. c. 3. sess. 24. de matrimo. affirmat Sanchez vbi supra. numero 23. siquidem ibi deciditur ex solis sponsalibus irritis minime oriri hoc impedimentum, existimat autem attentio iure antiquo text. in d. cap. vnic. ex iis posterioribus sponsalibus, confurgere impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, licet non ad dissoluenda priora sponsalia bene tamen ad dirimenda sponsalia vel matrimo. cum alia consanguinea intra primum gradum sponsi, vel sponsæ posterioris; sed quod hodie attentio Decreto Trident. nullum prorsus impedimentum oritur ex talibus, vt puta quia irrita sunt, quod proba.

Hinc deducitur primo, quod si post sponsalia de futuro, cum certa persona, contrahat sponsus matrimonium de presenti cum eius sorore, & nondum illud consummauerit, obligari illud obseruandum, priorij fidem inuendo cum illa matrimonium, quia matrimon. illud posterius irritum non inducit impedimentum publicæ honestatis derogans prioribus sponsalibus, quare cum priori validum erit matrimonium: secus si cum posteriori consummauerit matrimonium, quia tunc cum neutra possit valide inire, vt cum alitis bene probat Sanchez vbi supra. numero 24. vbi, & numero 25. alia addit apud ipsum videntia.

Sponsalibus autem incertis nullum indedimentum oritur, vt si quis det fidem de duce in vxorem quandam ex filiabus Titij nulla signata ex illis, text. in cap. vnic. de sponsalib. lib. 6. præmaxime attentio d. Decreto de matrimonio, cap. 3. sessionis 24. Concil. Trident. dum deciditur ibi ex sponsalibus irritis non oriri hoc impedimentum iustitiæ publicæ honestatis: hæc autem sunt irrita, vt probat late Thom.

Thom. Sanchez lib. 6. disputatio 26. numero 1. igitur, &c.

19 Idem prorsus dicendum est de sponsalibus conditionalibus, scilicet conditionis euentum; quare valebit matrimonium celebratum cum sorore eius sponsæ conditione non dum extante, vt in d. cap. vnic. in fin. Vnde per contrarium oriatur præd. impedimentum post euentum conditionis, tunc namque sunt sponsalia pura, & habentia perfectum consensum: nec est hoc correctum, sed ino confirmatum per Concil. Trident. vbi supra. quia nondum extante conditione sunt ea sponsalia irrita: ea vero extante remanent prorsus firma, & absoluta, & ita post Concil. Trident. docent Henriquez, Bart. de Ledefin. Petrus de Ledefina, & Manuel Rodriguez in locis quibus eos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. lib. 7. disputatio 69. numero secunda.

20 Sed quid erit & conuerso, si sponsalibus contractis sub conditione cum Maria, incantur sponsalia pura cum eius sorore? videtur namque ex proximè dictis ex primis sponsalibus conditionalibus non oriri impedimentum ad contrahendum pure cum secunda, quæ est soror prioris, ac proinde non posse redire sponsum ad priorem, oritur namque ex posterioribus sponsalibus impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, ac proinde non posse iam priorem foretorem duci, ita tenet glof. in d. cap. vnic. verbo presentis de sponsalibus in 6. & Summa Tabien. verbo impedimentum in 11. cap. ed. mento, num. vnic. & quidem attentio iure communi text. in d. cap. vnic. verum est, licet enim ibi dicatur per posteriora sponsalia non derogari prioribus, hoc intelligitur de prioribus sponsalibus veris, vt ibi per glossam, & verbis presentibus: sed conditionalia non vera sponsalia pendente conditione, eo quod tunc deficit consensus. Hodie tamen attentio Concil. Trident. d. cap. 3. sess. 24. de reformatione matrimo. in casu de quo hic agimus ex posterioribus sponsalibus hoc impedimentum publicæ honestatis iustitiæ non videtur oriri, quia sunt irrita vixote contra priorem promissionem, quamuis conditionaliam, vt in terminis tenet Thomas Sanchez d. lib. 7. de matrimo. disputatio 69. numero 3.

Licet enim conditio honesta suspendat tam matrimonium, quam sponsalia vsque ad conditionis euentum, nec sit vsque tunc perfecta obligatio, ac non potest alter antequam conditio deficiat recedere à sponsione, sed tenetur expectare vsque ad conditionis euentum.

21 Hoc namque est proprium contractibus conditionalibus, vt ante conditionis euentum neutri liceat resilire inuito altero, vt in l. qui balneum g. & l. prior 11. in principio, versic. videamus ad fin. ff. qui possidet in pign. habeantur. ibi, cum enim semel conditio exitit, proinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset, l. 32. in principio, titulo 13. partita 5. Tiraquell. de retract. litag. §. 1. glossa 2. num. 26. & glossa 10. numero 43. Ant. Gom. late secundo tom. var. resol. titulo de qual. contractu. numero 30. per totum. Syluest. in summa verbo donatio primo, questione 17. numero 19. Molin. Theolog. secundo tom. de iustitia, & iur. disputatio 285. conclusio 4. Thomas Sanch. de matrimonio lib. 5. disputatio 6. numero 8. vbi in propriis terminis, quod conditio honesta suspendat tam matrimonium, quam sponsalia vsque ad conditionis euentum, & non possit alter antequam conditio deficiat recedere à sponsione, sed tenetur expectare vsque ad conditionis euentum, allegat plures hoc tenentes, inter quos nos citat lib. 1. Canon. questionum, cap. 22. num. 22. in fin.

Nec obstat, quod supra in versic. idem prorsus

dicendum est, resoluimus ex sponsalibus conditionalibus nullam oriri publicam honestatem ante conditionis euentum, ac proinde valere matrimonium initum cum sorore eius sponsæ, conditione nondum extante, quia cum præd. matrimo. fuerit per celebratum nullo extante impedimento irrevocabile fuit effectum, ac proinde opus non fuit expectare verificationem priorum sponsalium conditionalium. Omittò, an peccauerit, qui præd. matrimo. celebravit, non expectato aduentu conditionis licitæ, & honestæ priorum sponsalium, & sic ratione fidei, & promissionis prioris factæ: an vero in casu de quo agimus in hoc versic. sed quid erit, & conuerso sponsalia pura, & absoluta posteriora fuerint irrita ratione præd. & ideo merito, quod ex eis post Concilium Trident. id impedimentum non inducitur, & possit hic sponsus ad priorem foretorem redire conditione priorum sponsalium adueniente: hæc tamen sententiam declarat, & intelligit pluribus modis Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatio 69. cum sequentibus vsque in finem.

Nunc videamus, an ex matrimonio rato absoluto, non vero consummato, oriatur impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, & quamuis de hoc vix reperitur text. expresse id disponens, idem tamen, quod in sponsalibus de futuro absolutis dicendum est, nempe oriri præd. impedimentum, si enim ex præd. sponsalibus puris huiusmodi impedimentum confurgit, vt patet ex suprad. à fortiori confurgit ex matrimonio rato absoluto, eo quod fortius vinculum sic, & magis deonestet aliud matrimo. intra gradum prohibitorum: ita tenet Ioan. Andr. in cap. sponsam in principio de sponsal. & ibi Abb. nu. 1. Præpos. num. 2. idem Abb. in c. non debet. num. 13. de consang. & aff. in fin. Dominicus à Soto in quarto. d. ff. 41. quest. vnic. artic. columna penult. ver. siculo sequitur tandem. Nauar. lib. 4. consil. titulo de sponsalibus prima editio. consilio 33. num. 2. in secunda vero consilio 11. numero 2. Alphonsi à Vera-crucæ in Appendic. ad Specul. conug. d. b. o. penult. conclusio 1. quos sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrimo. disputatio 70. numero primo. vbi numeris sequentibus aliqua deducit, & infert ex hac communi, & tenenda resolutione.

Dubium tamen est circa hoc, an quemadmodum impedimentum hoc iustitiæ publicæ honestatis attentio iure communi oritur ex sponsalibus de futuro etiam irritis, attentio vero Concil. Trident. minime idem dicendum sit in matrimonio rato irritato ex quacunque causa, modo non sit ex defectu consensus? in quo Nauarr. in Manual. cap. 22. numero 38. corollar. secundo, & Couar. in 4. de sponsalibus secunda parte in noua editione. cap. 6. §. 2. numero 2. & Ludou. Lopez in secunda parte Inſtructor. vbi agit de matrimonio, cap. 15. censent per Decret. S. Concil. Trident. sessionis 24. de matrimonio, cap. 3. id correctum esse, non tantum in sponsalibus, sed etiam in matrimonio rato: quia cum sit correctum in sponsalibus irritis, & hoc impedimentum non reperitur expresse decium oriri ex matrimonio rato nullo, sed id deducatur per quandam consequentiam, eo ipso quod Concil. Trident. id corrigat in sponsalibus nullis, videtur quoque in matrimonio rato nullo id correctum, quia accessorium sequitur naturam principalis, vt in regulâ juris vulgari, quæ opinio ante declarationem contrariam Sedis Apostolicæ probabilis videbatur; hodie tamen minime est vera, probabilis, nec tenenda, vilo modo, sed potius contraria; nempe id minime esse correctum sed adhuc stare, & ideo oriri ex matrimonio rato irritato quacunque ex causa, præterquam defectus consensus, hoc impedimentum, vt nuncupatim declarauit Pius V. Summus Pontifex

taxer in suo Motu proprio incipit. Ad Romanum spectat, &c. Ann. 1588. ubi quod cum multi dubitauerint, an Decretum Concilii Tridentini intelligatur de sponsalibus de futuro, vel etiam de matrimonio de presenti non consummato, sic ait: Auctoritate Apostolica renore presentium declaramus, & definimus Decretum Concilii huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio (sic ut praefertur) contracto: sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante praed. Decretum Concilii, introductum erat: ita obseruat Nauar. in Manuali Latin. cap. 22. numero 57. Henriquez lib. 12. de matrimonio. cap. 10. numero 2. Greg. de Valent. quarta parte. diffinitione 10. questione 3. puncto 3. ubi de impedimento publicae honestatis, & Thomas Sanchez d. lib. 7. diffinitione 70. numero 7. ubi addit sibi non placere temperamentum, quod adhibet Emanuel Saa, verborum matrimonium numero 12. ubi ait: si id matrimonium sit occultum, & manifestum sit fuisse irritum, non oriri impedimentum, & numeris sequentibus Sanchez ubi supra alia declarat, & deducit in proposito vitia apud ipsum videnda.

24 Et congregatio Illustris, Cardinal censuit quoque ex matrimonio per verba de presenti copula non sequatur non oriri affinitatem: remanet tamen impedimentum hoc vterioris gradus ex d. declaratione Pij V. & quod ita etiam fuit decretum, inquit Farinat. supra d. Decreto. & c. 3. filio 79. per Congreg. die 27. April. 1568. & de ordinatione Sanctissimi, & quod praeter Cardinales interfuerunt omnes Priores Ordinum, & tres Reuerendissimi.

25 Et hoc impedimentum publicae honestatis iustitiae ex matrimonio irrito conuersus non est restrictum per Concil. Trident. d. cap. 3. ad primum gradum, sed durat vsque ad quartum, ut declarauit Pius V. in praed. suo Motu proprio, & cum pluribus Auctoribus bene tenet, & probat Sanchez, ubi supra. numero 16. contra alios, qui d. Motum proprium non videntur, quos ibi quoque refert, & numeris sequentibus alia declarat in proposito vitia.

26 De conditionali autem matrimonio, nempe contracto sub conditione de futuro honesta, an ex eo oriatur hoc impedimentum publicae honestatis iustitiae, late ibi quoque agit Sanchez numero 20. usque in fin. & resoluit contra Petr. de Ledesma. verius multo esse ante conditionis euentum nullum oriri impedimentum post euentum vero conditionis diuersimode tenendum, & loquendum esse iuxta diuersas sententias. Nam si teneamus non perfici matrimonium ante nouum consensum, sed eum contractum tunc habere vim sponsalium absolutorum, ut sustinet valde probabilis sententia, quam retulit lib. 5. diffinitione 8. numero 3. dicendum est ante nouum consensum perficientem matrimonium oriri impedimentum publicae honestatis, sicut ex sponsalibus absolutis, nimirum vsque ad primum gradum, at tenendo statim eueniente conditione perfici absque nouo consensu matrimonium absolutum, quod ipse tenuit d. diffinitione 8. numero 5. dicendum omnino esse oriri impedimentum vsque ad quartum gradum, sicut ex matrimonio, ut ait idem Petrus de Ledesma. Ego in hoc potius adhaereo opinioni Theologorum, quae habet non effici matrimonium adueniente conditione, sed tantum sponsalia, nisi nouus consensus accedat, ut late probauit lib. 1. Canon. questionum. cap. 22. numero 21. cum sequentibus, ac proinde teneo in questione, de qua nunc hic agimus, ante nouum consensum perficientem matrimonium, hoc impedimentum publicae honestatis iustitiae oriri vsque ad primum gradum tantum,

praesertim cum sententia Theologorum, quam probauimus d. numero 21. sit communis, & probabilissima, ut fatetur idem Sanchez d. lib. 5. diffinitione 8. numero 3. Praeterea cum hodie proculdubio sit etiam seruanda, secundum formam Concilii Tridentini, ut affirmat Didac. Perez in l. i. titulo 1. lib. 5. Ordinum, filio 41. quem etiam adduximus ubi supra. numero 22.

CAPITVLVM CIII.

De impedimento disparis cultus.

SUMMARYM.

- 1. Matrimonium inter dispares cultus est nullum, veluti Fidelis cum Infideli.
- 2. Potest tamen in hoc Papa dispensare, ut in numero 2.
- 3. Matrimonium inter personam baptizatum, & catholicam non est irritum.
- 4. Matrimonium inter Haereticum, vel Apostatam, & Infidelem non valet.
- 5. Sponsalia inter Fidelem, & Infidelem an valeant in conditione, si hoc conuertatur?
- 6. Matrimonium inter personam Fidelis cum Haeretico, vel Apostata a Fide est validum, quamuis non sit licitum.
- 7. Matrimonium contrahens cum persona Haeretico, vel Apostata a fide peccat mortaliter.
- 8. Pacta matrimonialia quod unus ex filijs nascitur fidei Catholicae adherent, & aliter Haerese sunt profusa nulla, & irrita.
- 9. Sponsalia contracta inter Fidelem, & Haereticum, vel Apostatam sunt nulla.

**M**atrimonium inter dispares cultus, nempe, Fidelem, & Infidelem est nullum, ut omnes fatentur absque controuersia tam Theologi, quam Iurisperiti: vetitum namque matrimonium Fidelis cum Infideli, iure diuino, naturali, ac proinde secluso quouis iure Ecclesiastico nullatenus licebit, nisi in aliquo speciali euentu ita vrgens causa occurreret, ut ratio id matrimonium tunc in eundem diceret, ut cum Soro, & aliis late probat Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio, diffinitione 71. numero 5. ubi numero 6. quod tota difficultas est, an ita iure diuino id matrimonium interdictum sit, ut eodem iure sit etiam irritum? & refert quosdam tenere affirmatiuam partem, & eorum fundamenta: verum numero 7. inquit multo verius esse non esse id matrimonium irritum aliquo iure naturali, diuino, aut diuino positio, sed solum iure Ecclesiastico, ut ibi late probat allegans quamplurimos DD. Theologos hanc partem tenentes, & D. Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 6. §. 11. numero primo, Anton. Cuch. lib. 5. Instit. Maior. titulo 12. numero 92. Martien. in rubrica glossa prima, numero 159. titulo 1. lib. 5. nou. Collect. Reg. Calderin. & alios Canonistas, estque communissima haec sententia, secundum ipsum Sanchez ibidem in fin. d. numero 7. ut re vera constat ex numero Authorum eam tenentium: quinimo ut idem Author ibi numero 8. late discursu, fatendum est nullum esse textum, quo haec irritatio inducatur, & ita non habere aliquam lege Ecclesiastica scripta, sed ex receptissimo Ecclesiae vsu vim legis obtinente, & ex Apostolorum traditione, ut docent Soto in quarto, diffinitione 39. questione vna. articulo 2. columna 5. versiculo hac autem, Petrus de Soto, Ledesma. Valent. Veracr. Bellarmin. Enriquez, Petrus de Ledesma. & alij relati per Sanchez, ibidem.

Qui

Qui numero 10. ex supradictis deducit posse ex Pontificia dispensatione contrahi matrimonium inter Fidelem, & Infidelem. eum Pontifex dispensare possit in omni iure Ecclesiastico; quo ateano matrimonium hoc irritum est, ut in terminis tenent plures Auctores, quos ibi ad hoc refert: & tandem inquit, quod quamuis absque vrgentissima causa ea dispensatio concedi non possit, valebit tamen matrimonium virtute illius dispensationis iudicatum, ut ibi late probat cum Soro, & Barthol. a Ledesma.

Similiter inter personam baptizatum, & catholicam non est irritum matrimonium, quia catholica mensa baptismi, qui sacramentorum ianua est, caret, quamuis fidem teneat, & in gratia constituta esse possit, & hoc est quod inquit tex. in cap. caue. 23. questione 1. si Christiana sit, non est satis, nisi ambo intiatu sitis sacramentum baptismatis, ubi glossa verbo si Christiana explicat, id est, catechizata, & ita tenent, & docent communiter Theologi, & alij, quorum plurimos refert, & sequitur Thomas Sanchez ubi supra, numero 2.

Vbi numero 4. tenet non valere matrimonium si Haereticus, aut Apostata cum Infideli contrahat, eo quod illi tanquam vere baptizati subduntur legibus Ecclesiae matrimonium hoc irritantibus.

An vero valeant sponsalia inter Fidelem, & Infidelem sub ea conditione, si hic conuertatur, & impleta conditione fiat omnino legitima, agit late idem Sanchez lib. 5. de matrimonio, diffinitione 5. numero 2. cum sequentibus, ubi numero 23. resoluit, & bene probat impleta conditione esse vera sponsalia, quam sententiam quoque tenent alij plures Auctores, quos ibi citat, & probatur in l. 15. ibi, Pero el Christiano desposarse puede con miger que no sea de su ley, sobre tal pleito que se torne ella Christiana, antes que se cumpla el casamiento, & si non se tornare ella Christiana non valdran las desposas, tit. 3. partia 2.

Matrimonium autem personae Fidelis cum Haeretico, vel Apostata a Fide secundum communem, & receptissimam sententiam Theologorum, & Iurisperitorum est validum, quamuis non sit licitum, ut constat ex quamplurimis Authoribus vtriusque Scholae, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. lib. 7. de matrimonio, diffinitione 72. numero 2. contra glossam in cap. fin. verbo contra substantiam de condit. app. Hostien. in cap. 2. numero 1. de coniug. seru. & ibi Anchar. numero primo. Carrer de Haeret. numero 159. Simanc. de Instit. Catholice, titulo 40. numero 46. & Rojas singul. 122. numero vno, tenentes esse irritum praedictum matrimonium, ut expresse habetur in Canone 75. sexta Synod. general. & probatur expresse l. 15. in principio, titulo 2. partia 2.

Nihilominus tamen prior sententia verior, & eorum tenentis est atque tenenda, secundum Greg. Lopez ibi in glossa, in con. Haeretic. & probatur aperte, ut inquit ipse, & bene in cap. decretum in versiculo quod intelligendum, ibi: nisi forte, de Haer. in 6. eamque sequitur D. Thom. & insinuat alij Theologi Nauar. Couarr. Matien. Ant. Cuchus, & alij quamplurimi conuerti per Sanchez d. numero 2. neque obstat Canon in contrarium supra relatus, quia Canonis illius sextae Synodi auctoritate Concilij sunt destituti, secundum Sanchez d. numero 2. & iterum 7. ubi etiam respondet ceteris fundamentis contrariis.

Fatentur tamen omnes matrimonium Catholicae personae cum Haeretico, vel Apostata esse peccatum, & multi dicunt, & verissime, esse mortale, quia contrauenit iustissimo Ecclesiae praecipio interdicti id matrimonium, propter periculum fidei imminens coniugi Catholico ac proli, ut late & bene cum aliis tenet, & probat Sanchez, ubi supra, numero 4.

Numero 5. excipit loca, in quibus Haeretici non denunciati, nec notorii clericorum percussores cum Catholicis permixte conuiuant, ut in Germania, Gallia, Polonia, in his enim ex consuetudine recepta, & tolerata licent coniugia Catholica personae cum Haeretico, dummodo Catholica libere permittatur, & absque peruersionis periculo in Fide permittantur, ut ibi probat.

Padra vero, quae in coniugis quandoque inuentur, ut quidam ex filijs nascituris, Fidei, alij autem Haeresi adhaerent, sunt profusa impia, & irrita, ut cum Nauar. & Agor probat, ibidem Sanchez numero 6.

Vltimo obseruandum est, sponsalia iura inter personam Catholicam, & Haeticam, vel Apostatam esse irrita, quia promissio illa est de turpi, & omnino illicita, & ideo nullam sponsalium obligationem inducere potest. Secus quod Nauar. lib. 4. consil. titulo de sponsal. in prima editione, consilio 33. numero 6. & in secunda, consilio 3. numero 6. quem refert, & sequitur Sanchez d. diffinitione 72. numero 6. Sed & alia plura de matrimonio inter Infideles celebrato vno eorum ad fidem conuerso examinari latissime Tho. Sanchez d. lib. 7. diffinitione 73. cum sequentibus vsque ad 77. inclusus, quae omnia hic consilio omittimus, quoniam in his Regnis Hispaniae Dei misericordia opus non habemus praed. questionibus.

CAPITVLVM CV.

De impedimento criminis.

SUMMARYM.

- 1. Adulterium quando impedit matrimonium contrahendum merito alterius coniugis & quando non? numero 2.
- 2. Text. decedens non licere ducere in uxorem, quam polluit per adulterium, quomodo sint intelligendi?
- 3. Machinatio in mortem coniugis si ab uno tantum fiat sine adulterio non impedit nec dirimit matrimonium.
- 4. Crimen impediens, & dirimens matrimonium est, quando cum adulterio interuenit machinatio mortis alterius coniugis.
- 5. Ampliatur numero 6. ut procedat etiam in machinatione coniugis Infideli a coniuge Fidele.
- 6. Et numero 7. in cooperante consilio, & mandato.
- 7. Retrahitur de conditione coniugis, vna cum adulterio, non sufficit ad impediendum matrimonium cum superfluo.
- 8. Machinatio mortis alterius coniugis morte non sequente non sufficit ad impediendum matrimonium.
- 9. Veriusdum an sufficit ad impediendum matrimonium?
- 10. Veriusdum factum ab vxore alia causa, quam contrahendi matrimonio non sufficit ad ipsum impediendum.
- 11. Machinatio in mortem coniugis, simul cum adulterio an sufficit ad impediendum matrimonium, facta ab vno coniuge cum alio extraneo?
- 12. Adulterium subsequens machinationem in mortem alterius coniugis factam est, quod fiat durante matrimonio, hoc est, ante mortem alterius coniugis, ad impediendum matrimonium.
- 13. Adulterium cum machinatione mortis alterius coniugis, requiritur, quod sit notum virgine, ad hoc ut matrimonium sequens impediatur, ut hic? & ampliatur numero 15.
- 14. Adulterium simul cum machinatione mortis alterius coniugis, ad hoc ut impediatur matrimonium, an requiritur

Bb liij requir